

De Basilio Magno sermonis Attici imitatore.

Scripsit

Professor Dr. J. Trunk.

Wissenschaftliche Beilage zum Jahresbericht
des Königlichen Gymnasiums Ehingen a. D.
über die Schuljahre 1907/08 und 1910/11.

Doppelnummer.



Stuttgart.

J. B. Metzlersche Buchdruckerei, G. m. b. H.
1911.

Progr. 1908 Nr. 769 und 1911 Nr. 826.

geh
1 (1911)

826



Quod Alb. Jahn, vir graecarum litterarum cum antiquae tum christianaee aetatis scientissimus, a. 1865 (in praefatione editionis Methodii p. VIII) questus est, philologos esse „iusto neglegentiores patrum ecclesiae“, idem Wilamowitz a. 1905 in libro illo qui inscribitur „Die Kultur der Gegenwart“ I, 8, p. 210 de Gregorio Nazianzeno loquens his verbis notandum duxit: „es ist eine Schmach, daß die Philologen noch nicht einmal für eine einigermaßen leidliche Ausgabe seiner Gedichte gesorgt haben; wenn er kein Kirchenvater, sondern ein schäbiger Poetaster wäre, der einen abgestandenen mythologischen Stoff breitträte, wie Quintus . . ., hätte er sie längst“. Huic tamen malo medendi initium iam factum est. Nam proximo saeculo exeunte „Borussica academia litterarum“ christianorum scriptorum graecorum trium priorum saeculorum libros ab eruditis edendos curare coepit. Atque paucos abhinc annos „academia litterarum Cracoviensis“ editionem graecorum quarti saeculi patrum eccl. apparare instituit compluresque iam de Greg. Naz., qui primus edetur, commentationes Thadd. Sinko (in commentariis qui „Eos“ inscribuntur) emisit. Verba autem scriptorum posterioris aetatis ut recte intellegantur falsoque tradita emendentur et libri genuini ut a subditis internoscantur, elocutionis singulorum propriae cognitione opus esse quam accuratissima haud facile quisquam negaverit. Ad inceptum igitur illud iuvandum aliquid afferre conabor disserendo de sermone Basilii illius Caesariensis, quem constat mira doctrinae varietate, iudicii sanitate, orationis elegantia „τὰ ἔξωθεν παιδεύματα“ in Christiani nominis usum convertisse eundemque non paucorum librorum falso auctorem esse nominatum. Universam vero elocutionem persequi cum per spatum libello scholastico datum non liceat, de syntaxi sola explicabo idque ita, ut Attici semper sermonis ratione habita collatoque, quoad eius fieri poterit, usu scriptorum *κοινῆς διαλέκτος*, papyrorum titulorumque, atticistarum, Novi Testamenti, patrum ecclesiae auctorumque vitarum sanctorum, Byzantinorum, hodierni denique sermonis simul imago quaedam adumbretur vicissitudinem, quas lingua graeca per tot saecula totque genera hominum experta est.

Aliorum libros ad grammaticam pertinentes saepius adhibui maximamque partem compendiis significabo hosce: Bernh. = Bernhardy, Wissenschaftl. Syntax der griech. Sprache, 1829; Bl. = Blaß, Gramm. des neutest. Griechisch, 2. Aufl., 1902; Bttm. = Buttmann, Gramm. des neutest. Sprachgebrauchs, 1859; Hatzid. = Hatzidakis, Einleitung in die neugriech. Grammatik, 1892; Jann. = Jannaris, An historical Greek grammar, London 1897; Kh. = Kühner, Ausführl. Gramm. der griech. Sprache, zweiter Teil, 3. Aufl., 1. Band 1898, 2. Band 1904 (I indicabit prius volumen illius partis, II alterum, insequens numerus paginam); Kr. = Krüger, Griech. Sprachlehre, 6. Aufl., 1891; Mullach, Gramm. der griech. Vulgarsprache, 1856; Schm. = Wilh. Schmid, Der Attizismus in seinen Hauptvertretern, 1887/96; Soph. lex. = E. A. Sophocles, Greek lexicon of the Roman and Byzantine periods, New York 1888; Stahl, Kritisch-historische Syntax des griech. Verbums der klass. Zeit, 1907; Thumb, Handbuch der neugriech. Volkssprache, 1895; Viteau, Étude sur le Grec du Nouveau Testament, Le Verbe, 1893; Win. = Winer, Grammatik des neutest. Sprachidioms, 6. Aufl., 1855 (W.-Schmiedel II., 8. Aufl., 1897/98). Praeterea interdum consului quae de posteriorum sermone scripserunt: Boehner, De Arriani dicendi genere, 1885; Compernass, De sermone graeco volgari Pisidae Phrygiaeque, 1895; Fritsch, Der Sprachgebrauch des griech. Romanschriftstellers Heliodor II., 1902; Fritz, Die Briefe des Bischofs Sinesius, 1898; Hartmann, Untersuchungen über den Gebrauch der Modi in den Historien des Prokop von Caesarea, 1903; Kratt, De Appiani elocutione, 1886; Malina, De dictione Polyaenea, 1854; Mann, Über den Sprachgebrauch des Xenophon Ephesius, 1896; Melcher,

De sermone Epicteteo 1907; v. Müller, De Teletis elocutione, 1891; Reffel, Über den Sprachgebrauch des Agathias, 1894; Reinhold, De graecitate patrum apostolicorum librorumque apoeryphorum, 1901; Schmidt, Guil., De Flavii Josephi elocutione (Fleck. Ibb. Suppl. XX), 1894; Stich, De Polybii dicendi genere, 1880; Tröger, Der Sprachgebrauch in der pseudolonginianischen Schrift *περὶ ὑψοντος* I. 1899; Usener, Der hl. Theodosios, 1890; Der hl. Tychon, 1907; Weißenberger, Die Sprache Plutarchs I. 1905; postremo indices, quos Bonnet ad acta apostolorum apoerypha a. 1903, Ed. Schwartz ad Eusebii h. e. a. 1903, Bonnensis societatis philologae sodales ad Marcum Diaconum (de vita Porphyrii episcopi) et ad Callinicum (de vita S. Hypatii) a. 1895, Gelzer ad Leontium Neap. (de vita Ioannis) a. 1893 confecerunt. Alia suo quidque loco memorabo.

Ex permagno librorum numero, qui Basilii vel sunt vel habentur, segregandum duxi „commentarium in Isaiam“ a plerisque Basilio abiudicatum itemque libros quos vocant „asceticos“, quorum magna certe pars non est ab illo conscripta. Perscrutatus autem sum notisque indicabo haec scripta Basiliana:

hex. = homiliae in hexaëmeron (Migne, Basilii operum tom. I.).

ps. = homiliae in psalmos (ib.).

Eun. = adversus Eunomium libri tres (ib.).

hom. = viginti quattuor homiliae de variis rebus (Migne, tom. III.).

Inter has propter singulare dicendi genus seorsum notabo undevicesimam:

adul. = ad adulescentes de legendis gentilium libris.

sp. s. = liber de spiritu sancto (Migne, tom. IV.).

ep. = epistulae (ib.).

Pars prior.

De nomine.

A. De substantivo.

I. De numeris.

1. **Singularem collectivum**, qui iam apud Atticos angustioribus quam apud Romanos finibus continebatur, postea etiam rariorem factum esse, ut scriptores eum usurpantes Atticam elegantiam imitari sibi viderentur, cognoscere licet ex his Gregorii Corinthii de dial. Att. p. 126 sq. (ed. Schaefer) verbis: *Καὶ τὰ πληθυντικὰ ἔνικῶς ἐκφέρειν Ἀττικόν. οἶον ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν Λακεδαιμονίους λέγειν τὸν Λακεδαιμονα.* Aliquot eius exempla ap. Bas. quoque inveniuntur. Ut omittam illum, qui etiam in NTo. legitur: Ro. 3, 1 τί οὖν περισσὸν τοῦ Ιουδαίου; hodieque in usu est (e. gr. ὁ Τοῦρχος), primum memoro singularem bestiarum genera significantem: hex. 157 C οἵδε τὸ φευκτὸν ὁ ἵγρις (paullo post idem vocabulum sine articulo), 169 B χελιδόνι (sine articulo, praegresso plurali αἱ χελιδόνες), 192 B—D ὁ βοῦς . . ὁ ὄνος . . ὁ ἵππος κτλ., 193 A sine articulo ἄρντος . . ἀλώπεκα . . χελώνη . . ὄφις, saepiusque. Inter sophistas illos, qui altero post Chr. n. saeculo Atticam dicendi consuetudinem revocare studuerunt vulgoque appellantur atticistae, Aelianus in libro περὶ ζῴων Ἰδιότητος scripto quattuor locis animalia indicat hoc singulari, partim item articulo carente (Schm. III 46). Ex Iuliano, Basilii aequali pariterque Attici sermonis imitatore, singularem ἵγρις affert Bernhardy, paralipomena syntaxis graecae p. 50, qui de universo hoc significatu collectivo egregie disputavit (p. 48—53) huiusque peculiaris usus ad bestias pertinentis praeterea ex Aristotele duo, singula e Luciano et Plutarcho, plura e poëtis post Alexandrum M. florentibus exempla profert. Deinde e Basilii laudatione Gordii martyris memorandus est locus insignior: hom. 501 C παρθένος (virgines) . . καὶ πρεσβύτης (senes) καὶ ἀρρωστος (sc. spectatum venerunt). Huius locutionis, in quam Quintiliani verba (VIII 6, 19) cadunt: „haec [synecdoche] variare sermonem potest, ut ex uno plures intellegamus . . . liberior poëtis quam oratoribus“, Bernh. l. l. p. 53 similem affert e Luc. Bacch. c. 7 (ὁ γέρων) et „Wissensch. Synt.“ p. 58 ex Aristoph. Eccl. 1191 καλεῖν γέροντα, μειράκιον, παιδίσκον. Tum sex locis Bas. utitur singulari δάκρονον: ps. 224 B ὅδε γέλωτας ἀκρατεῖς, ἐκεῖ δάκρονον δαψιλές, 492 B; ep. 748 D οὐ διαλεπὼ στάζων τὸ δάκρονον ὑπὲρ τῶν ἀμαρτημάτων, 905 B, 948 C, 1000 A; uno πτερόν: hom. 201 D κούρῳ τῷ πτερῷ ὑψηλάτερον . . γίνεται (sc. τὸ ὄφεον); qui numerus primum adhibitus est a poetis (Il. 16, 11 τέρεν κατὰ δάκρονον εἴβεις, S. OC. 1251), postea a Plut. Marcell. c. 2 et ter a Marc. Diaec. (a. 420). Postremo hic adiungere libet neutrum adiectivi vel participii cum articulo copulatum: hex. 168 C τὸ πτηνόν, 192 C τὸ ὄμόψυλον; Eun. 637 C ὡς τὸ πτηνόν καὶ τὸ πεζὸν καὶ τὸ ἔνυδον καὶ τὸ χερσαῖνον καὶ τὸ λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον; sp. s. 172 A ἐν ταῖς εἰς τὸ ὑπήκοον [cf. Thuc. 6, 69] χάρισιν, 212 B ὅ πρὸς τὸ ὑπερέχον φθόνος (= homines praestantiores); his cum locis conferas Xen. Comin. 1, 2, 43 τὸ κρατοῦν τῆς πόλεως, Plut. Mor. 160 D τὸ παρόν = οἱ παρόντες, Xen. Eph. 56, 13 τὸ Θητόν, Ael. τὸ Ἑλληνικόν, Philostr. τὸ Ἑλληνικόν, ὑπήκοον, Θητόν; ephemericem ΝΕΑ ΗΜΕΡΑ 30 Φεβρ. 1910: τὸ Ἑλληνικόν (ἀπό τινος χρόνου σύντροφον ἔχει τὴν ἀριστίαν καὶ ἀπρονοησίαν).

2. **Dialis**, qui antiquis iam temporibus solius atticae dialecti, non aeolicae aut recentioris ionicae proprius fuerat, post Alexandri M. aetatem cum apud scriptores κοινῆς διαλέκτου magis magisque abolevit

tum a cotidiano sermone, quam vocant *συνήθειαν*, prorsus alienus fuit. Itaque rarus invenitur eius usus iam apud Aristot., rarius ap. Theophr. et Pol., nullus vero in Teletis cynici (c. a. 240) διατριβαῖς aut in Epicteti stoici dissertationibus, nullus ap. interpretes LXX aut scriptores NTi., nullus denique in libris apocryphis [cf. Reinhold p. 61] aut actis sanctorum Marinae et Christophori [cf. Compernass p. 15] et Pelagiae c. a. 400 scriptis. Cui naturali sermonis in ore hominum vigentis cursui obnitentes homines grammatici ineunte aetate Romana dualem redintegrare studuerunt idque assecuti sunt, ut scriptores non ita pauci eum orationi suae interdum inserere curarent, velut Philo, Josephus, Plut., saepissime autem omnium atticistae illi Hadriani Antoninorumque temporibus florentes: Luc., Aristid., Ael., Philostr. Ac tam gratus mansit hominibus litteratis etiam proximorum saeculorum numerus hic artificiosus, ut vel ecclesiae doctores nonnumquam eo uterentur, velut ineunte saec. III. Clemens Alex. et ineunte saec. IV. Methodius¹⁾. Apud Basiliū autem (medio circiter saec. IV.) pauca exstant eius exempla, sed quae occasionem, qua usurpata sint, respicientibus nobis aperte indicent non in usu vulgi fuisse numerum illum, sed arcessitum esse ab hominibus doctis, ut Atticus flosculus orationi aspergeretur. Exemplorum enim notabiliorum nullum invenitur in orationib⁹ apud populum habitis, sed unum in illa ad adulescentes de legendis libris gentilium scripta, quae solito etiam elegantius scripta aliis quoque atticismis, quos vocant, abundat: 585 C Φειδίας μὲν καὶ Πολύκλειτος, εἰ τῷ χορσῷ μέγα ἔφρονον καὶ τῷ ἐλέφαντι, ὃν εἰ μὲν Ἡλείοις τὸν Δία, ὃ δὲ τὴν Ἡραν Ἀργείοις ἐποιησάτην²⁾, καταγελάστω ἀν ἥστην, alterum in epistula Maximo philosopho scripta (ep. 268 C): ἐν δνοῖν τούτοιν, tertium in litteris ad senatum Tyannensem datis (ep. 493 B): ἡ ἀκοὴ ἀξιοβεστέρα η δι' ἀμφοῖν τοῦν πόροιν τὴν φωνὴν δεχομένη. Praeterea legitur ἀμφοῖν: hex. 32 B, Eun. 553 C (verba Eunomii), 556 A (bis); δνοῖν: 565 B, ep. 320 B, 521 B (scripta Ἀνδρονίκῳ ἡγεμόνι), δνεῖν: 624 B; alibi Bas. utitur genetivo δύο et dativo δνστ. Inter aequales Basiliū maxime frequentavit dualēm imperator Iulianus (cf. Brambs, Studien zu den Werken Iul. d. Apost., Eichst. 1897), ut erat antiquitatis universae admirator putidus. Modestius videtur eo usus esse Basilii amicus, Greg. Naz., quantum colligere licet ex eis quae Xav. Hürth (in dissert. philol. Argentor. vol. XII. p. 81) e quattuor funebribus orationibus attulit (semel ἄμφω, semel εἰς δνοῖν τοῦν ἐναντιωτάτουν, semel γενοῖν τοῦν ἀμφοτέροιν). Raro adhibetur exeunte saec. IV. ab Heliodoro (nunquam dualēm verbi usurpante) et a Synesio episcopo, quem Fritz p. 72 et 98 docet exceptis nominibus τῷ χεῖρε et τοῦ βαστλέον nunquam illum nisi post numeralia semelque tantum verbi (post ἄμφω) posuisse. Contra creberrime rursus usurpatur saec. VI. ab Agathia (v. Reffel p. 11), rerum scriptore sermonem veterum et aequalium inepte miscente. Atque etiam posterioribus saeculis interdum hominem aliquem doctum numerum hunc emortuum ostentasse documento sit Io. Glycas, patriarcha Constantinopolitanus, qui in libello περὶ ὁρθότητος συντάξεως ad filium missō 20, 6 (A. Jahn) c. a. 1300 scripsit: ἄμφω τε γὰρ ἐμοὶ περὶ λησθῶν. Sed recentiore aetate dualis tam plane est oblitteratus, ut ne ἡ καθαρεύοντα quidem, quamvis multa contra vulgarem usum ex antiqua lingua vel servaverit vel assumpserit, unquam illo utatur.

3. **Pluralis** numerus nominis proprii ad significandum genus eorum, qui unius alicuius hominis similes sunt, adhibitus legitur hom. 553 A τοὺς ἐν ὁρθαλμοῖς ἡμῶν ἔτι καὶ νῦν κειμένους Λαζάρονς (i. e. πτωχοίς). Hunc pluralem apud Atticos multo rariorem quam apud Romanos ab atticistis denuo in litteras inductum esse docet Schm. IV 612 exempla ex Aristide, Ael., Philostr. afferens (l. l. et 47 et III 48) monensque eundem a Ps.-Longino rhetore 23, 3 commendatum esse, ut orationi adderetur ὕψος. Apud Greg. Naz. legi I 568 A ταῦτα Πλάτωνες αὐτὸν (Iulianum) καὶ Χρύσιπποι καὶ ὁ λαμπρὸς Περίπατος καὶ ἡ σεμνὴ Στοὰ . . . ἐξεπαύδενσαν.

1) Συμπόσιον ἡ περὶ ἀγρείας p. 230 (A. Jahn): δύο γὰρ κινήσεις ἐν ἡμῖν ἑστόν . . . διαφέρετον ἀλλήλοιν. δθεν καὶ δύο ἐλαβέτην δύοματε.

2) Vērborum dualis iam ab Atticis rarius quam nominum, a Pol. et Plut. nunquam usurpatus, etiam atticistis superioribus minus usitatus fuerat eoque magis insigne est hoc unum ap. Bas. verbi exemplum.

Abstractorum nominum pluralis, quo inter antiquos maxime Isoerates delectatus est, a B. quoque crebro usurpatur, idque non ideo ut hiatum evitaret (quemadmodum nonnulli priorum scriptorum), sed ut antiquo more plures homines resve aut plures modos, partes, casus significaret. Ex hoc numero sunt substantiva ἀντιλήψεις (ep. 909 B), ἀσχολίαι (ep. 591 D, 593 B, 608 A), ἀτιμίαι (hom. 221 B), ἀρθονίαι (hex. 65 C πηγῶν, hom. 264 A), ἀωρίαι (hom. 233 B θανάτου), βάθη (sp. s. 172 C οἶδε τὰ β. τοῦ θεοῦ), βίαι (hex. 73 B τῶν ἀνέμων, 84 B), βίοι (hex. 176 A τὰ ἐν τοῖς β. τῶν ὁρνίθων ἰδιώματα, ep. 352 B βίοις κοσμικούς), βοήθειαι (ep. 909 B τῶν καταπονομένων), δυσκολίαι (hom. 233 B), δυσκολίαι (hom. 221 B), εὐθηνίαι (hom. 261 A), εὔχοιαι (hex. 29 A ἀνθῶν; ep. 228 A, 232 B), εὐωδίαι (hex. 29 A), θάνατοι (hom. 221 B οἰκείων, 513 A), θαύματα (ep. 304 D τὰ τοῦ ἀνδρός, „miras facultates“), ἴδωτες (hom. 336 D, 545 D), καινοτομίαι (ep. 901 B), κάλλη (hex. 117 C πρὸς τὰ ἄρετα κ. τῶν ἀστρων; hom. 541 C μῆδὲ εἰ σωμάτων κ. προτείνοιτο; ep. 865 C καθορᾶ τὰ θεῖα κάλλη [sc. spiritus sancti], alibi), κοιλότητες (ps. 292 A), κοινωνίαι (ep. 909 B), λαμπρότητες (hom. 581 A), λύπαι (hom. 271 B), μεγέθη (hom. 581 A; ps. 213 C, 329 C τῶν πελαγῶν, 357 C τῆς κτίσεως; sp. s. 100 A τῶν πελαγῶν, 156 A τῶν ἐνεργειῶν αὐτοῦ), μιμήσεις (hex. 153 B φεῦγε τὰς μ. τῶν κατεγγωσμένων), παρακλήσεις (ep. 909 B), πιθανότητες (hex. 132 A), συμμετρίαι (ep. 228 A ὁρθαλμῶν εὐχοίσες σωμάτων καὶ συμμετρίας περισκοπούντων), σύρροιαι (hex. 65 C φρεάτων), σφαγαὶ (hom. 336 D), ὑπερηφανίαι (ps. 288 A), ὑπεροχαὶ (ps. 569 C ὁ προσώπων ὑπεροχὰς καταπτήσσειν ἡμᾶς ἀναπείθων, sc. ἔχθρος φέβος), ὕψη (ps. 404 B τὰ ὕ. τῆς περὶ τοῦ Μονογενοῦς δόξης), φιλαρχίαι (ep. 892 A), φύροι (hom. 333 A . . φύροι). Qui pluralis cum orationis et brevitatibus conduceat et gravitati (cf. Arist. rhet. 3, 6 εἰς ὅγκον [granditatem] τῆς λεξεως συμβάλλεται τὸ ἐν πολλὰ ποιεῖν), omnibus Graecae linguae aetatis videtur in usu fuisse: invenitur enim non solum apud elegantiores τῆς κοινῆς scriptores (Pol. [persaepe], Phil., Plut., App. [creberrime], Polyaen.) et sophistas (multo tamen rarius quam ap. Bas.)¹⁾, sed etiam in NTo. (Bl. 87, Win.-Schmiedel 253) hodieque passim in libris et ephemeridibus (velut ἀνάγκαι, ἀπείθειαι, αὐθαίρεσιαι, δεισιδαιμονίαι, δυσαρέσκειαι, δυσπιστίαι, ἔπαινοι, εὔνοιαι, κάλλη [sive καλλονά], πόθοι, ὑβρεῖς, ὑποψίαι, φόβοι).

Concretorum nominum pluralem rem aliquam significantium poëtas antiquos saepe pluralem adhibuisse, ut vocis vim amplificarent, Kh. I 18 docet. Huiusmodi plurales leguntur ep. 660 B ὅταν δῆ ὁ Κίριος αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἰδίων φανῆναι θρόνων (sc. Eusebium, episcopum Samosatenum; quem pluralem iam a Sophocle aliquoties usurpatum sententiaeque huius epistulae ad senatum Samosatorum missae plane congruentem recte Garnerius restituit contra priorum editorum conjecturam τὸν ἰδίον θρόνον) et hom. 252 D ὁ βασιλεὺς (sc. ὁδύρεται), ὅτι ἔστιν ἔθνη τοῖς αὐτοῦ σκήπτροις μὴ ὑποκύπτοντα (hic quoque, in laudatione martyris Iulittae, pluralis ille tragicum sonans convenit argumento; cf. Aesch. Eum. 596 ὁς νῦν σκῆπτρα καὶ θρόνους ἔχει).

Pluralis „modestiae“, quo ad significandam unam loquentis personam Attici scriptores non ita saepe usi erant²⁾, in epistulis Basilii in qualibet fere pagina occurrit; exempli causa affero ep. 420 A φαμὲν εἴναι φίλοι σον καὶ συνήθεις, 596 A μεθ' ἡμῶν, οἵς ἐπείγει ἡ νόσος ἀπᾶραι λοιπὸν τοῦ ὀδυνηροῦ τούτον βίον, hosque locos, ubi variantur numeri: 592 A et 593 B (προσάγομεν συνιστῶντες pauloque post ἐμοῖ). Sed in orationibus eiusdem nusquam repperi pluralem sine dubio ad solum oratorem

1) Apud Lucianum unum huiusmodi pluralem (τὰς ἀληθείας) se legisse Schm. I 234 dicit, sed idem 414 alios sex ut metonymiae exempla affert, in his κάλλη et μεγέθη. Κάλλη ap. Aristid. crebro (Schm. II 268 s.), ap. Ael. semel (III 304); cf. Plat. Crit. p. 115 D μεγέθεοι κάλλεοι τε τῶν ἔργων et Dem. III 25 κάλλη. Uni e Philostrato a Schm. IV 47 allato plurali εὔρουαι adicias eos, qui ib. 495 metonymiae nomine memorantur (velut ὕψη, μήκη, ὑπερβολαί, προζώσεις). Etiam auctori π. ὕψη plurales κάλλη, μεγέθη, ὕψη, aliasque usitatos fuisse Tröger 21 ostendit. Inter posteriores atticistas Synesius in epistulis non plus quinque locis abstractorum plurali usus est (Fr. 74).

2) Multo certe rarius quam Romani: nunquam Thuc., raro Xen., nunquam (fere?) in dialogis Plato, inter oratores nunquam Lys., perraro (aut nunquam: Rehd. ind. 123) Dem., sed viginti quinque locis (plerumque hiatus evitandi causa) Isoer., saepius ceteris poëtae, praesertim tragici.

pertinentem nisi in exordio homiliae de CXIV ps. (= 484 A), ubi moram adventui suo allatam excusat: διεκαρτερήσατε μέχρι τῆς μεσημβρίας ταύτης τὴν ἡμετέραν ἄφεξιν . . . Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἡμᾶς ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἀπολογήσασθαι κτλ. Neque in scriptis eius dogmaticis invenitur hic pluralis nisi in prooemiosis: Eun. 500 sq. et sp. s. 70 sq. Post Atticorum aetatem increbuerat hic usus apud scriptores elegantiores, ex quo numero Soph. lex. 41 affert Pol., Diod., Strab., Schm. IV 608 atticistas Dio Chr., Luc., Arist., Ael., Philostr.; adiungere licet auct. π. υψ. (Tröger 21), Galen., Xen. Eph. (Mann 11). NTi. epistularum nonnullis locis num pluralis ad solum auctorem referendus sit, ambigitur (Bl. 168, Win. 198). Origenem Klostermann in indice (tom. III) s. v. ἡμεῖς saepius hoc plurali usum esse dicit. Basilianae aetatis consuetudinis est aliis testis Synesius in epistulis eum frequentans (Fritz 74).

Neque vero modestiae tantum causa illa syncedoche adhibita est, ut semet ipsum scriptor videretur aliis aequare aut postponere (cf. nostrum „unsereins“), sed etiam contrario consilio. Huius pluralis, quem maiestaticum vocant, antiquissimum exemplum repperi in epistula Alexandri M. a. 334 scripta, quam exhibet titulus Priensis 1, 21 [ed. Gaertringen]: ἡμᾶς, aliud in tit. 15 Prien., epistula a rege Lysimacho a. 286 scripta, ubi variantur numeri: πρὸς ἐμὲ ἀγικόμενοι . . . ἡμῖν καὶ αὐτοὶ συνησθέντες ἐπὶ τῷ διὰ παντὸς ἔργωσθαι ἡμᾶς τε καὶ τοὺς γέλους ἡμῶν. Quam regum consuetudinem¹⁾ postea civium mos consecutus est altera pluralis persona eos appellandi, neque est mirum quod procedente tempore huius appellationis honos aliis quoque hominibus illustrioribus tribuebatur. Quando autem primum hic alterius personae pluralis in Graecorum litterarum monumentis compareat²⁾, explorare nequivi. In Basiliū quidem epistulis legitur: 385 C (ep. scripta Arcadio episcopo) γνῶμαριστησα . . . γράμμασιν ἐντυχών τῆς εὐλαβείας ἡμῶν . . . Υπερήσθημεν δὲ ὅτι καὶ . . . οἰκον ἡγεμονεῖ; 428 C (scripta Meletio episcopo) ἡμῶν τὴν ὀσιότητα . . . παρὰ τῆς ὑμετέρας τελειότητος; 433 D (scripta Damaso papae Rom.) τὴν τῆς ὑμετέρας εὐσπλαγχνίας ἐπίσκεψιν; 620 A (quinquies in hoc epistolio homini cuidam illustri scripto); 649 C (viduae scripta: ἐπιστέλλειν τῇ εὐγενείᾳ ἡμῶν), 1061 C (qua ep. famulum suum cuidam commendat). Qui igitur usus ab Usenerio laudationis s. Theodosii a Theodoro c. a. 530 habitae locum 92, 16 διὰ τῶν ὑμετέρων (sc. abbatis) προσενήκων enarrantiis his verbis significatur: „der Plur. maiestaticus war damals bereits nicht nur in mündlicher und schriftlicher Anrede an den Kaiser, sondern auch dem Abt gegenüber üblich“, is iam duobus certe saeculis ante etiam latius patebat. Ex Byzantinis Hatzid. 181 affert τῆς τυμότητος σας [= ἡμῶν], ex hodierno sermone Mullach 309 ἡ Μεγαλειότης Σας („Ew. Majestät“), ἡ ἔξοχότης σας δὲν ἤξενίρετε καλὰ τὸ πρᾶγμα („Ew. Exzellenz kennen die Sache nicht genau“).

II. De casibus.

1. De nominativo et vocativo.

Nominativus absolutus, qui utrum atticismus an soloecismus habendus esset veteres grammatici ipsi ambigebant (Schm. II 68), ab atticistis partim vitabatur (ut ab Aristide) partim frequentabatur (ut ab Aeliano [Schm. III 95] atque etiam studiosius a Philostrato [IV 113] enuntiatis tamquam ἐπιγραφήν eum praepontibus), a Byzantinis denique summa licentia usurpabatur. Basiliī autem in libris nullum eius repperi exemplum certum. Nam quae in CLXXXVIII. ep. ad Amphilochium complura percontatum

¹⁾ Alia exempla Soph. lex. 41 affert: Sept. Macc. 1, 11, 31; Athan. I 341 A; quibus Schm. IV 47 duo addit e Philostrato (pluralis ab imperatore Vespasiano et satrapa quodam Persico usurpati); cf. praeterea acta Petri et Pauli 180, 6 [Lipsius], ubi Nero ait: γοάρομεν πρὸς πάσας τὰς ἐπαρχίας ἡμῶν, et Eus. h. e. 86, 6 [Schwartz] διὰ τῆς ἡμετέρας χοησότητος (in edicto Licinii).

²⁾ De Romanorum usu vid. Schoener in Actis sem. Erl. II p. 493: „Plinius hat ep. 3 indulgentia vestra, das erste Beispiel für den plur. maiest. in der latein. Literatur.“ De Graecis cf. Eus. h. e. 656, 6 τῶν κυρίων ἡμῶν (i. e. imperatoris: in publico monumento Dionysii Alex., qui c. a 250 fuit); 656, 28 τῶν Σεβαστῶν ἡμῶν (Augusti nostri); acta Petri et Pauli [scripta saec. V/VI.] 179, 12, s.: εἰς πάσας τὰς ἐπαρχίας τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας (sc. Neronis).

missa leguntur neutra: 664 C *Tò μὲν οὖν περὶ τοῦς Καθαροὺς ἔγγημα καὶ εἴρηται πρότερον καὶ καλῶς ἀπειμημόνευσας*, ὅτι δεῖ sq. inf. et 669 A *Tò δὲ τὸν Ἐγκρατικῶν κακούργημα νοῆσαι ἥμας δεῖ*, ὅτι κτλ., ea, etsi per se nominativi intellegi possunt, quales antiquitus nonnumquam adhibiti sunt (Herod., Xen., Plat.; cf. Kh. I 47, 6), tamen accusativos esse adducor hoc eiusdem epistulae loco (680 A): *Tὸ μέντοι κατὰ Σενῆρον πρᾶγμα ἦτοι τὸν ὑπὸ τούτου χειροτονηθέντα πρεσβύτερον, τουαύτην τινά μοι δοκεῖ παραμνθέαν ἔχειν*. Hunc autem accusativum Atticae consuetudini plane congruere Kh. I 330 demonstrat. Mira quae ps. 377 A et C legitur structura *τῆς πρόσωπον πρὸς πρόσωπον γνώσεως* repetenda est ex I Cor. 13, 12 *τότε δέ (βλέπουμεν) πρ. πρὸς πρ.* (Vulg.: facie ad faciem) et hebraea locutione **בְּרִאָה בְּרִאָה**.

Vocativo, cui Attici particulam ὃ plerumque praeposuerunt, posteriores (ut NTi. scriptores: Bl. 89) nunquam fere nisi cum animi aliquem motum vellent efferre, apud Bas. interiectio modo additur modo abest, velut ὃ ἀνθρώπε hom. 448 C et 532 A, ὃ θεομάχε 513 A, sed ἀνθρώπε 425 C, 444 B 457 C, ep. 260 D. Nominativus loco vocativi non eadem licentia quae saepe a posteris (cf. Bl. 89 et Bonnetii indicem ad acta app. apocr. p. 360) usurpatur, sed quemadmodum ab Atticis tum cum subiecto adiungitur appositio (Kh. I 46), velut hom. 601 D *ἄκονε, ὁ Ἀνόμοιος . . . ἄκονε καὶ σύ, ὁ Σαβέλλιος*, 241 B, 304 A, 321 A; hex. 64 A, al. Hodie quoque vulgo dicitur e. gr. *ἄκοντετέ μου οἱ πολέταις*.

2. De accusativo.

Non tam ad casus rectos labes posterioris sermonis pertinuit quam ad obliquos. Nam discriminum inter hos tenuiorum sensus cum paulatim imminutus esset, accusativi fines, cuius proprium videretur munus obiectum verbi notare, magis magisque propagabantur, genetivi autem multoque magis dativi perinde coangustabantur. Dilatati huius accusativi usus ap. Bas. hoc fere unum cernitur indicium, quod verba quaedam olim intransitiva ex more iam Polybii aetate vulgato (v. Krebs „Die Rektion der Kasus in der späteren histor. Gräzität, 1888, p. 20 sqq.) cum accusativo coniunguntur velut ἐνεργεῖν (ps. 300 A; hom. 437 C, sp. s. 93 C δὲ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ ἐνεργεῖσθαι ὑμῶν τὴν χάριν ταύτην, 100 B, 101 B, 132 A, 133 B, 140 C, alibi; — Pol., Diod., Ios., saepe ap. scriptores NTi. et eccl., velut Athenag., Orig., Eus., etiam de hominibus: *οἱ ἐνεργούμενοι*, „die Besessenen“), καταπονεῖν τινα (affligere: ep. 908 A et al.; — ap. Thuc. in passivo [πόλεως πονονμένης]; Diod., Ios., Plut., hodie), περιεργάζεσθαι (ep. 352 B μὴ περιεργάζοντιον κοσμικόν; — Pol., atticistae, Eus. [μαντεῖα], hodie), πολυπραγμονεῖν (hex. 21 A τὴν οὐσίαν; ps. 272 A; hom. 209 A τὸ ἀλλότρια [cf. Men. mon. 583]; ep. 352 B, 400 B; — ap. Atticos cum praep. περὶ aut neutro pronom., cum acc. subst. ap. Pol., App., Ios., Herodi.), πραγματεύεσθαι (hom. 433 C φτιλάν; ep. 349 C; — attica structura eadem atque verbi πολυπραγμ., cum acc. substant. ap. Pol., D. Hal., Ios., Tatian., hodie), χορηγεῖν(τινί) τι (i. q. praebere, suppeditare: saepissime, velut Eun. 664 C; — Pol., Diod., Ios., LXX, Eus., hodie). Ultra hanc accusativi amplificationem rationi convenientem brevitatemque iuvantem non processit Basilii ad *συνήθειαν* accommodatio neque magis quam ap. atticistas superiores reperias tritorum illorum verborum, quae ab Atticis vel genetivo vel dativo iungebantur, ullum cum accusativo constructum: neque ἐπιθυμεῖν (ut ap. Teletem, LXX, al. hodieque), μετέχειν (Euseb.), διαγέρειν (Euseb.), similia (cf. Völker, papyrorum graecarum syntaxis specimen, p. 16) neque δοκεῖν (acta Petri et Pauli), πολεμεῖν (Pol., Plut.), προσέχειν (Pol.), συμβολεύειν (acta Pelagiae 23, 3), χρῆσθαι (acta Thomae), sim.

Ex imminuto naturali de propria cuiusque casus vi iudicio congestisque plurimis in unum casum significationibus manavit alia posteriorum consuetudo, explanandi causa casibus adhibendi prae-positiones. Itaque prædicativo (nominativo et) accusativo nonnumquam præponebatur εἰς. Hanc periphrasin non inveni in libris sine dubio a Bas. scriptis. Quapropter eis rationibus, quibus nixus Garnerius (tom. III. præfat. n. 4) alteram de ieunio orationem Basiliī esse negavit, hanc addere liceat,

quod in illa legitur (hom. 192 C) εἰ δὲ πάντες αὐτὴν [τὴν νηστείαν] εἰς τὴν ὑπέρ τῶν πρακτέων σύμβοντον παρελάμβανον¹⁾.

Late patet ap. Bas. accusativus qui dicitur obiecti interni (sive „A. des Inhalts“). Ac primum quidem figura etymologica non raro utitur, quae in atticismo ponitur a Greg. Cor. § 1 (ἔστι γὰρ τῆς Ἀττικῆς ἴδιωμα φράσεως, τὸ εἰπόντα τὸ πρᾶγμα ἐπαγαγεῖν ὅμα, τὸ ἀπὸ τοῦ πράγματος παραγόμενον, ὡς τὸ ὕβριν ὕβριζεις, καὶ φυγὴν φεύγεις), quamquam non solum ab atticistis frequentabatur, sed etiam communi sermone retinebatur omnium aetatum²⁾. Coniungit autem B. verbum eiusdem stirpis cum accusativis ἀγῶνα (ep. 553 A πολὺν ἀγῶνα ἀγωνίσαντες), ἀθλησιν (hom. 237 A), ἀποστροφήν (ep. 377 B), ἀχόρεντα (χορεύεις; hom. 460 D), βίον (adul. 565 C), δρόμον (ps. 221 A), ἔορτήν (ep. 273 B), εὑρεσίν την (hom. 236 C [εὐρεσθήσῃ τὴν αἰωνίαν εὐ.], 273 A, 492 A), ζωήν (hom. 477 B, ep. 652 A), θάνατον (hom. 512 D), λύπην (ep. 389 C), μῆσος (ep. 932 A οἵ τὸ ἄδικον μ. ἐμίσησαν ἥμας), νηστείαν (hom. 196 C), νίκην (ps. 461 C τρίτην ν. τοὺς νίοντας Ἀμμών νικήσας), πάθος (ep. 821 C, 916 D), παιδιάν (ep. 936 B παιδιὰν αἴτια κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ παιδόμενα), παράκλησιν (ep. 653 A ἡ π., ἦν παρακαλοῦμεν τὸν ἐπιφανῆναι σε), πεῖραν (ep. 641 B τῇ τε ἐμαντοῦ πείρᾳ, ἦν.. ὑμῶν ἐπειράθη), πόνον (hom. 545 C), προφάσεις (hom. 220 A), στρατείαν (hom. 208 A), στροφάς (400 C), τέρψιν (460 D), τιμήν (ep. 609 B τῆς παρὰ σοῦ τ., ἦν τιμᾶς ἥμας). Cum eis locis, ubi accusativum personae (sive obiecti directi) Attico more addidit B., conferas locum a Schm. II 280 ex Aristide allatum, praeterea Io. 17, 26 ἡ ἀγάπη ἦν ἡγαπησάς με et acta Pelagiae 12, 21 ὁ πλοῦτος ὃν με ἐπλούτισεν ὁ σατανᾶς διὰ τῆς ἀμαρτίας. Non nunquam loco substantivi eiusdem stirpis quemadmodum Attici aliud adhibet eandem rem significans, velut hom. 217 D τὴν ἀσθένειαν ταίτην τῶν λογισμῶν ἀρρωστῶν, 220 C τυπτόμενος τὴν ἀτιμον πληγήν, 444 D παρανέσεσσιν ἡς παρακαλοῦντες ὑμᾶς οὐδὲ διελέπομεν, 520 C κράζων τὴν αὐτὴν βοήν, 524 B ἀπιθετὴν ἀγαθὴν πορείαν, 613 D πῦρ τὴν ἄνω φρονὸν κινεῖται; Eun. 616 A τὴν πανοργίαν, ἦν περὶ τὸ ὄνομα τοῦ Μονογενοῦς ἐκακούργησε; cf. exempla a Schm. III 310 ex Aeliano prolaeta et hodiernam locutionem κοιμᾶται ὕπνο(ν) βαθύ(ν). — Deinde interdum sicut Attici verbum iungit accusativo substantivi ex attributo eius notionis, quae verbo declaratur, profecto: hom. 380 B οἱ νοσοῦντες τὴν βασκανίαν (pro τὴν νόσον τῆς β.), 472 C ἀναισθησίαν νοσῶν [sp. s. 148 C τὰ Ἑλληνικὰ νοσοῦντες; ep. 544 A ἀθεραπευτα κάμνειν; in dubia altera de iciun. hom. 196 B τὰ τῶν μεθυόντων παραφρονεῖν]; ep. 241 C παῖδας ἔζημιώθης („amisihi“, pro ζημιᾷ παιδός, cf. Thuc. 3, 40 μεγάλα ζημιοῦσθαι et in NTo. Ph. 3, 8 et Matth. 16, 26), 629 B ἔνα ἄνδρα ἔζημισθαι; hom. 357 C γαλήνην βλέποντες (δραματοῦ); ps. 372 A παρίστανται ἄγγελοι πῦρ βλέποντες, πῦρ ἀναπνέοντες; 417 C ὄλοι ἡρημένοι τοῦ Θεοῦ καὶ αὐτὸν ἀναπνέοντες. Verborum πνέω et βλέπω talis cum substantivis coniunctio, poëtarum epicorum et tragorum olim propria, non invenitur ap. Aristidem, sed ap. Ael. (H. 37, 32 σφαγὴν βλέπων) et Philostr. (Schm. IV 49 sq.)³⁾. — Tum adiectivorum genus neutrum modo singularis numeri modo pluralis (item

1) Blassii (p. 88 et 95) aliorumque opinionem hebraismum (= ȝ) illam periphrasin intellegentium Deissmann („Licht vom Osten“, 1908, p. 82 sq.) repugnare censem testimonis titulorum et papyrorum. [Praeterea cf. acta Pelagiae 25, 4 εἰς γνωτὰ αὐτὴν λαβεῖν.] Eiusmodi locutione unum ex atticistis Aristidem semel usum esse (καθίστασθαι εἰς) Schm. II 238 memorat. — Neque me legere memini ὡς additum huic accusativo quemadmodum in NTo. (λογίζεσθαι, ἡγεῖσθαι ὡς) et in hodierno sermone.

2) Reperitur saepe etiam in libris sacris V. et NTi. (Bttm. p. 129); praeterea ap. Teletem, Plut., App., Xen. Eph., Herod., in actis ss. Marinae et Christoph., Pelagiae, ap. Callin., ac. ne hodie quidem in usu esse desiit (NEA HMEPA 9 Ιαν. 1910: πρόφασιν προφασίζονται, πλανῶνται μεγάλη πλάνη, 30 Φεβρ.: ἀπέλπιδα ἀγωνίζεται ἀγῶνα, 27 Μαρτ.: τὸ παιγνίδι μὲ τὴν φωτιὰ τὸ παιζόμενον ἐν Πετρουπόλει).

3) Semel Bas., quanquam substantivum eiusdem stirpis omisit, tamen genetivum attributi non mutavit: ep. 888 A θυμοῦ καὶ φόνου πνέων (sc. πνοήν); cf. Philostr. V. S. 77, 22 μόνον πνεῖν, J. 300, 9 παλαιστρας πνεῖν tritumque illud antiquis δέσιν πνέος (sc. δομήν), quod etiamnunc usurpat (NEA HMEPA 13 Φεβρ. 1910: ἐκφανεῖ [δι παριδόχης Ιωακείμ] τάσσεις δεσποτικὰς παπισμοῦ ἀποξύνεις).

ex attributis ortum) adverbiorum loco adiungitur verbis videndi: hex. 12 A *οὐτως δέν περὶ τὰ μάταια βλέποντες*, 165 A *όρῶσιν ἀμβλύ*; adul. 573 B *σύντονον βλέπειν*; hom. 297 B *φονικὸν βλέπονταν*; ep. 229 A *πυκνὰ ποὺς τὸ παράδειγμα ἀποβλέποντες*; sonandi: hom. 308 B *ἀνοιμώζοντες μεγάλα*, 316 A *μαρῷα καταγελάσεις*, 328 B *ὅταν θρηνῶσιν ἀτακτα καὶ ἀπέραντα*, 449 A *γελῶσιν ἀπανστα .. κλαίονταν ἀπαργγόρητα*, 485 A *παρακεκομμένα φθεγγόμενον*; ps. 304 B *ἀπανστα γλωσσαλγοῦντας*; sp. s. 164 A *μέγα καὶ σφοδρὸν ἀναχράζονται*; ep. 380 A *μέγα τι καὶ φοβερὸν ἡχήσασα (σάλπιγξ)*, 448 A *σκνθρωπὸν ἐπηχέω*; fluendi: hom. 516 B *ἀέννας ρέοντες*, hex. 68 A *ὅταν ἵσα θαλάσση πελαγῆς τὴν Αἴγυπτον*; aliis paucis: ps. 477 A *τιμώμενος παρ' αὐτοῦ τὰ μεγάλα*; sp. s. 216 C *τὰ ἵσα τοῖς ἄλλοις κάμνονταν*; 197 B *ἄφορητα δυσσεβοῦντος*; ep. 532 A (eunuchi) *σωφρονοῦσι μὲν ἀμυσθα, μαίνονται δὲ ἀκαρπα*. Hoc usu inter Atticos maxime poëtarum proprio (Kh. I 308) atticistas mirifice delectatos esse appareat ex locis a Schm. I 89, 234; II 36; III 49; IV 48 sq. allatis, quibus addas e Ps.-Long. 68, 9 *ἵσα βαίνειν τινί*, e Syn. *ἵσα* (bis = *ἵσως*) et *ἡ τὸ κάλλιστον ἀνθήσασα* (sc. mulier, Fritz p. 75). Ceterum ne alii quidem scriptores posteriores eo abstinebant, velut Teles (22, 6 δέν δρᾶν καὶ δέν βλέπειν), Lucas (5, 33 *νηστεύονταν πυκνά*), Plut. (Weißenb. 23), Arr. (saepe *ἵσα καὶ*), Euseb. (*τὰ μεγάλα, τὰ μέγιστα βλάπτει, λυπεῖται*), act. Pelagiae (4, 21 *στενάξεις μέγα*) atque etiam cotidiano vulgi sermone sensim est receptus, postquam adverbii terminatio *ως* pari modo atque *ος* enuntiari coepit, ut non sit mirandum, quod hodie adverbium etiam positivi gradus formari solet neutro adiectivi (plerumque pluralis). — Adiectivo denique alteri praepositum pro adverbio adiectivum unum ap. B. inveni hex. 97 D *ὁ δεινὰ περιβλεπτος ἐπὶ χρημάτων*; cf. Schm. III 49, ubi ex Ael. undecim loci *μέγα* cum adiectivo copulatum exhibentes afferuntur. — Dativum loco huius accusativi, qualis invenitur nonnumquam ap. Atticos (Kh. I 308 [Plat. *φυγῆ φεύγειν*]), Plut. (*δεήσει δεῖσθαι*), Aristid. (bis *φυγῆ*), acta Petri et Pauli (*λύπη*), Callin. (*τιμῆ, χροῖς*), nusquam repperi ap. Bas.

Accusativus relationis, qui nunquam ap. Graecos plane obliteratus est hodieque in cultiore saltem sermone interdum usurpatur (Mullach 327, 329, 337), persaepe legitur ap. Bas., et quidem non solum ex verbis aptus (locis plus triginta septem)¹⁾, imprimis passivis, quibus etiam in NTo. satis frequenter adiungitur (Bttm. § 134, 7), sed etiam saepius (plus quinquaginta duobus locis) ex adiectivis, cuius usus e NTo. unum modo exemplum Bttm. § 131, 9 et Bl. p. 96 afferunt, duobusque locis e substantivo: ps. 212 B *παῖδες τὴν ἡλικίαν .. νεαροὶ τὸ ἥθος* et Eun. 560 B *οὗτοι παῖς παντελῶς τὴν δάίνονται* [cf. hom. 412 D *νεανίσκος δὲ κατὰ ψυχὴν ἐστι*, 413 A *πρεσβύτερος δὲ κατὰ ψυχὴν ὁ τετελειωμένος κατὰ τὴν φρόνησιν*]. — Loco huius accusativi dativum antiqui perraro (Kh. I 317), crebro posteriores (Pol., NT., papyri [Völker p. 12], act. Mar. et Christoph., Marc. Diac., Callin.) adhibuerunt, paucis locis etiam atticistae (Schm. I 236, III 57, IV 60), pluribus Bas.: decem in hex. (velut 69 A δέλγον τῷ μεγέθει, 97 C εὐθαλῆς τῷ σώματι, 120 B *ποταπὸς τῷ κάλλει*), quattuor in ps. (361 A *πολλοὶ γὰρ πτωχοὶ μὲν τῇ περιουσίᾳ, πλεονεκτικάτοι δὲ τῇ προσαρέσει τυγχάνονται* [paullo post B: *οἱ πένητες κατὰ τὴν περιουσίαν*], uno in adul. (580 B *ἄθλα .. οὗτοι θαυμαστὰ πλήθει τε καὶ μεγέθει*), quinque in reliquis hom. (457 B *ἀκμάζων καὶ ἡλικίαν, σφριγῶν τῷ σώματι*; cf. Plat. Legg. VIII 480 b *τὰ σώματα πολὺ μᾶλλον σφριγῶντες*), duobus in sp. s. (108 B *ἀπειρον κατὰ δύναμιν, μεγέθει ἀπερόύστον*, et C), decem in epp. (229 A *πᾶσι τοῖς μέρεσι τέλειον* [cf. Eun. 580 B *οἱ καὶ ἀρενὴν τέλειοι*], 601 A *τῇ καρδίᾳ ὁ αὐτός εἴμι*, 709 C *ψηλὸν τῷ φρονίματι*, 916 A *συμπεπεικότες τῇ γνώμῃ*, 956 B *ζέων τῷ πνεύματι*). Semel huic dativo addidit praepositionem: ps. 444 B *τοὺς δεινοὺς ἐν πανοργίᾳ* (cf. Callin. 110, 14 *μέγιστος ἐν φυλοθείᾳ*). Nusquam tamen inveni pleonasmum illum μεγέθει μέγας (*κάλλει κάλλιστος, ὑψει ὑψηλότατος*, sim.), quo inter atticistas utitur Luc. saepiusque Ael. (Schm. III 311), praeterea Herodotum secutus Arrianus (Boehner p. 25) et Pausan. — Praepositionis *κατά* accusativo relationis additae (quemadmodum raro ap.

1) Huc fortasse referri possunt hi loci miram structuram exhibentes: ps. 365 A *οἱ στομαζοῦντες .. ἐπὸ τῶν λαρῶν θεραπεύονται τὸ δυσάρεστον* (fastidium cibi) et ep. 392 B *ἰαθεῖς τὴν ἐφ' ὑμῶν βλάβην* (interpr. lat.: „ex noxia de vobis opinione“).

Atticos, saepissime postea atque etiam nostra aetate) cum aliquot exempla iam attulerim, satis habeo hoc adiungere, etiam in illa ad adul. oratione bis eam sic usurpari (568 C παντοδαποί εἰσι [poëtae] κατὰ τοὺς λόγους et 580 A καταγέλαστοι εἶναι κατὰ τὸ σῶμα).

Ad viam declarandam inferior nudo accusativo nullorum fere nominum nisi paucorum adiectivorum feminini generis utebatur (cf. Völker p. 8 et Schm. IV 609). Horum frequentissimum μακράν, quod etiam LXX, NTo., libro Henoch [s. VIII.] hodieque usitatum est, a Bas. usurpatum hex. 37 A, 181 C (τοῦτο δὲ οὐ μ. ἔστι λογισμῶν ἀνθρωπίνων); ps. 240 D (μ. γενῆσεται τῆς τοιαύτης διαθέσεως ὁ προσήγητος), 241 B; 288 A, 372 B, 425 D, 441 D, 464 D; ep. 513 B, 913 B, 917 B [256 B οἱ πολεμοῦντες μ. = diū]; praeterea legitur hex. 57 C τὴν ἐναντίαν . . φερόμενος, 168 C τὴν αὐτὴν πάλιν βαδιστέον, 781 B τὴν μέσην ἐλαύνοντες, 1032 A μέσην οὖν βαδιοῦμαι, hom. 401 A ἔτεραν τρεπόμενοι; ep. 221 A τὴν ἐπὶ Πέρσας βαδίζειν.

Ad tempus indicandum semel accusativus adhibetur usui Attico minus congruens: hom. 448 D πάτα καιρὸν καὶ πᾶσαν ὥραν πρὸς τὰς . . ἡδονὰς συνελαύνοντες [ebriosi], i. e. omni tempore omni hora. A consuetudine accusativo declarandi, quando quid fiat vel factum sit, posteriore aetate per-vulgata (Teles 5, 4 τὸν μὲν χειμῶνα . . θέρον δέ, Pol. τὴν ἑωθινήν, D. Hal., LXX, NT., eccles.; Byz.; hodie τὴν ἡμέραν [interdiu], τὴν ἐπιστολαν τῆς ἀγίστεως μον, ἐσπέραν τινὰ [μίαν ἐ.] „eines A.“, τὴν νύχτα τῆς προτεραιας, ἀριστένην [sive ταχτὴν] ὥραν, sim.) ne atticistas quidem abhorrente Schm. II 37 (Aristid.: ἐκείνην τὴν ἡμέραν) et IV 51 (Philostr.: τὴν ἡμέραν ἐκείνην διελέχθη; οὓς χρόνον Λεωνίδας ἐνίκα) demonstrat. Basilius autem alibi eiusmodi locutionibus addit praepositionem κατά: hom. 445 B ἔννοιαν λαμβάνειν τῆς ἡμέρας ἐκείνης καθ' ἣν ἀνοιγήσονται οἱ οὐρανοί; sp. s. 189 A κατὰ μίαν μόνην τοῦ ἔνιαυτοῦ ἡμέραν καὶ ταύτης ὥραν ταχτὴν εἰσιτητὸν αὐτῷ καταστήσας (Moses); ep. 432 D κατὰ γοῦν τὸ ἐρεξῆς ἔτος [cf. NT. Hebr. 3, 8; Syn. epp. bis καθ' ἣν (ἡμέραν); Callin. 110, 28 κατὰ κυριακήν; Io. Glyc. 29, 7 κατὰ τὴνδε τὴν ἡμέραν; etiamnunc e. gr. κατὰ τὴν ταχτὴν ὥραν], aut aliis casibus praepositionibusque utitur.

Postremo memorandum videtur nunquam obtestandi aut iurandi ullam formulam ap. Bas. inveniri: neque nudum accusativum (ut ap. Epict. et Byz. τὸν Θεόν [σοι]; cf. Soph. lex. p. 44) neque μά aut νή c. acc. (locutiones ab atticistis frequentatas, scriptoribus eccles. et Byz. non insolitas [cf. Gelzer. ad Leont. 17, 18 μὰ τὰς εὐχάς σον] hodieque usitatas [μὰ τὸν Θεόν, μὰ τὴν τιμήν μον]) neque πρὸς c. gen. (ut Tat. ad Graec. 15 πρὸς τὸν Θεόν, Syn. πρὸς αὐτῆς τῆς ψυχῆς [Fritz 166]). Abstinuisse autem videtur Bas. religionis causa, intuens illud Matth. 5, 34 ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ δμόσιαι ὅλως.

3. De genetivo.

Subiectivi genetivi locum tenent nonnunquam ap. Bas. praepositiones κατά c. acc., περί c. acc. et gen., παρά c. gen. Harum frequentissima, κατά, ab Atticis perraro (Thuc. 6, 16 ἐν μὲν τῷ κατὰ αὐτοὺς βίῳ; Plat. Phaed. 82 c; Dem. 2, 27) similiter usurpata postea adeo increbuerat, ut propria eius vis non iam sentiretur¹⁾. Legitur autem ap. Bas. his locis: hex. 17 A ἡ κατὰ νοῦν ἐνέργεια (respondent subsequentia verba ἡ τοῦ σώματος κίνησις; cf. Syn. 57 ep. 669, 25 τῇ κατὰ νοῦν ἐνέργειᾳ), 111 A ἡ κατ' ἀρετὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλεια (ut hoc loco, ita saepe alibi periphrasi videtur ideo usus esse, ut

¹⁾ Cf. Teletem 32, 18 τὰ καθ' ἑαυτῶν i. e. τὰ ἑαυτῶν; Pol. δ κατὰ τὰς ἀσχαιρεότας χρόνος, ἡ κατὰ τὸν ἡλιον ἀνατολή; Ios. (qui huius circuitiois erat amantissimus) Ant. XIV 358 τοῦ κατ' αὐτὸν τολμέματος; NT. Eph. 1, 15 ἡ καθ' ἕμας πίστις; Eus. h. e. 654, 4 Γερμανός τῷ κατ' αὐτὸν ἐπισκόπον; acta Pelagiae 3, 11 δ κατ' ἔμε ἐπίσκοπος; Io. Glyc. 5, 10 τῆς κατὰ τὸ ζῆν τρόπον φύσεως. Inter atticistas priores solus Lucianus hoc ambitu videtur usus esse (Schm. I 399), quantum inde conicere licet, quod de ceteris Schm. nihil memorat. E Synesio Fritz p. 150 sex locos affert. Fortasse ex hac circumlocutione profecta est illa, quam Iann. 1591 Byzantinorum propriam esse memorat et ad ellipsis (verbi ἐπονηματόμενος) revocat: Malal. 494, 3 Ἰσαάκιος δ κατὰ Βελισάριον τὸν πατρόζιον. Ex hodierno autem sermone nihil huiusmodi affere possum.

duos genetivos similiter sonantes evitaret), 144 C *τοῦ κατὰ τοὺς φωστῆρας μεγέθους*, 157 D *τῶν ἐχθύων ἀλογώτερον τὰ καθ' ἔαντοὺς* (i. e. τὰ ἡμᾶν [ἡμέτερα] αὐτῶν) διατιθέμενοι (in primis usitata fuit Basilio huius praepositionis cum pronominibus personalibus copulatio); ps. 241 D, 317 B, 356 B *τῷ κατ' ἐμὲ* (meo) ὑποδείγματι, 401 B *τῷ κατὰ σὲ ὑποδείγματι*, 428 A, 429 C, 436 C, 452 C; Eun. 661 C; hom. 248 C, 356 B *τοῦ καθ' ἔαντοὺς* (sui commodi) ἀμελοῦντες, 380 B, 493 A *δοκεῖ τὸ καθ' ἡμᾶς τῷ τῶν ζωγράφων προσευκένται*, 612 B, 613 B; sp. s. 88 A *ἡ κατ' αὐτοὺς ζητία* (exitium eorum); ep. 221 B *τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκονόμηνς* (pariter Lucian.), 224 B et C, 328 B, 401 C (antecessit genetivus), 512 C *πλησιάσαι τοῖς καθ' ἡμᾶς χωρίοις*, 596 B, 597 A, 609 C, 629 C, 792 A, 817 B, 853 B (bis), 872 A, 924 A (ἄνδρας κορυφαῖον τὸν κατ' Ἀρειον κύκλον). — *Περὶ c. acc.*¹⁾ semel: Eun. 505 B *τοῦ περὶ αὐτὸν τύφον*, c. gen. bis: ps. 301 A *τραναθέντος τοῦ περὶ τὸν ἄγαθον καὶ κακοῦ τόπον* (evitatur sic collitus earundem articuli formarum) et 404 B (cf. Io. Glyc. 3, 28 et A. Iahnii annot.). — *Παρά c. gen.* a scriptoribus recentioribus saepe pro simplici genet. usurpatum esse iam Bernh. parall. p. 10 monuit²⁾. Basiliani loci sunt hi: hex. 20 A *σὺ τῇ παρὰ σεαντοῦ συνέσει νόει*; ps. 489 C; [hom. 196 A]; ep. 444 C *τῇ παρ' ἔαντων ἀπειρίᾳ*, 449 C.

Partitivum genetivum apud Atticos (in primis Isocratem) multo latius patuisse quam apud Romanos optimae aetatis notum est. Postiores vero scriptores, qui quidem elegantiori orationi studerent, etiam magis illum loco attributivae structurae frequentabant, partim certe ob id ipsum, quod cotidianus sermo magis magisque recipiebat praepositiones (*ἐκ*, *ἀπό*). Basilianae consuetudinis haec sunt exempla: 1. pluralis numeri: hex. 105 A *τῶν πεδῶν τὰ εὐκαρπα* (fertiles campi)³⁾ [113 B *τὰ λεπτότατα τῶν ζύγων* i. e. bestiolae tenuissimae, 140 C *τῶν ὁρῶν τὰ μέγιστα*], 144 A, 153 A, [156 C], 157 C, [160 C, 161 B], 168 C *κατὰ τοὺς ἐπιλήσμονας τῶν δομοπόδων*, 184 B, [185 C]; ps. 212 B *κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν λατρῶν οἱ κτλ.*; Eun. 529 C, 544 C, 613 A; hom. 188 B, 192 A *τῶν ἵππων τοὺς ἀγωνιστάς* (duo hi loci dubiae orationis), 200 B (post comparativum), 201 B, 257 C, 289 B, 308 C, 321 C, 356 D, 381 A, 385 D, 396 B, [456 A], 493 B, 540 D; adul. 568 D *ἡ πρὸς τοὺς φαύλους τῶν λόγων συνήθεια*, 572 A *τοὺς τοιούτους τῶν λόγων* (post hoc pronomen hunc genetivum Atticis maxime usitatum fuisse Bernh. wiss. Synt. p. 155 monuit), 577 B et C⁴⁾; sp. s. 100 A, 109 B, 200 C; ep. 317 A *τὶ τῶν ἀπρεπῶν* i. e. aliquid indecorum, [425 A et B (*κατὰ τοὺς σοφωτάτους τῶν λατρῶν*)], 444 C *ῶσπερ οἱ κακοὶ τῶν λατρῶν*, 477 B, 529 A, 824 B, 956 B *ὡς τὰ φωλεύοντα τῶν ζώων*, al. Usurpatur hoc genus genetivi saepe a Pol., interdum in titulis II. p. Chr. saec., a Dione, Luc., Aristide, saepius ab Ael., crebro a Philostr., raro a Synesio. Praeterea cf. Bernh. parall. 64 sq. 2. Singularis numeri a) generis neutrius: hex. 53 B *τὸ δαναοσθέν τῷ θεῷ τοῦ χρόνου*, 85 C *εἰς τὸ κοιλανθέν τῆς γῆς*, 201 B *μεταδιώκει τῆς πόας τὸ τρόφιμον*, 233 B *αὐτὸ τῆς ἡλικίας ἥγε τὸ χαριέστατον*; ep. 313 A *ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας* (id aetatis), 428 C *εἰς πολὺ τοῦ*

¹⁾ Iam a Theophr. sic usurpatum, saepe a Pol. (Kaelker, Quaestiones de eloc. Pol. p. 283), aliquoties in titulis Prienensibus (velut 118, 8 *τοῦ περὶ αὐτὸν φρονήματος* [saec. I. a. Chr.]), in Aëtii et Arii Didymi placitis (cf. Dielsii indicem s. v.), in Hegemonii actis Archelai (IV. saec.: *τὴν περὶ σὲ ἀγάπην*); praeterea cf. Philostr. Ap. 313, 9; Fritz p. 153 de Syn.; A. Jahn de Io. Glyca p. XXXIV.

²⁾ Eis qui illie nominantur scriptoribus (Pol., Diod., Plut., Luc., Liban.) adiungendi sunt Aristot. (Eucken, Über den Sprachgebr. des A., p. 58), Ios. (G. Schmidt 393), Procop. (Scheftlein 16). De atticistis nihil memorat Schm. Conferre licet cum hac periphrasi nostram praepositionem „seitens“ recentiore demum aetate in usum receptam.

³⁾ Cf. Liv. 30, 9, 1 cum expeditis militum. — Uncis [] includam eos locos, ubi superlativis iunctus genetivus minus nobis mirus videtur.

⁴⁾ Cum in hac parva, sed propter legentium condicionem diligentissime elaborata oratione hic genetivus plus semel usurpetur, facile conicias pro atticismo eum a Bas. habitum esse. Atque lectorem esse hanc structuram partitivam diserte docet grammaticus Philemon p. 53 sq. (Osann). Hodie quoque saepenumero in libris et ephemeridibus legitur genet. partit. post superlativos positus, ubi nos quidem utimur structura attributiva, velut *Nέα Ήμ. 13 Φεβρ. 1910: ἐπέβαλεν εἰς τὴν μεγίστην τῶν ταπεινώσεων*, 30 Φεβρ.: *περιάγοντας τὰς Δυνάμεις εἰς τὴν ἐσχάτην τῶν ἀμηχανῶν*, ib.: *ἴνα μὴ παραλίπωμεν καὶ τὰς ἀπιθανωτάτας τῶν φημῶν*, 27 Μαρτ.: *προσφέρει εἰς τὸ ἔθος τὴν χειρότερην τῶν ὑπηρεσιῶν*.

χρόνον, 441 A παραλῆσαι τὸ πολὺ τῆς σφοδρότητος, 477 A τὸ πολὺ τῆς θλίψεως διεφόρησεν; sp. s. 78 A μακρολογία οὐχ ἀπλῆ.. οὐδὲ εἰς μικρὸν τοῦ κακοῦ γέροντα. Similia ap. Plut. (saepius, ut Alc. 32, 12 ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας), Polyaen. (7, 41 καὶ ἔκεινο τῆς ὥρας), Philostr. (ut ἐς μακρὸν τοῦ χρόνου: Schm. IV 53), Euseb. (ut εἰς ἔκεινο τοῦ καιροῦ), Syn. (καὶ ἔκεινο τοῦ καιροῦ et ἐν φυσικῶν), Marc. Diac. (καὶ ἔκεινο καιροῦ). De Attico usu cf. Bernh. wiss. Synt. 156. b) Semel, in illa ad adul. oratione (564 C), genus adiectivi conformatum est ad genus genetivi: δδοῦ τὴν ἀσφαλεστάτην ὑποδεικνύται (pro τὸ ἀσφαλέστατον). Huiusmodi assimilatio generis cum Atticis non insolita fuerit (v. Kh. I 279), posterioribus vero elegantia visa sit — reperitur ap. Aristot., Pol., Phil., Plut., Polyaen., Arrian., bis ap. Aristid. [πολλῆ], ter ap. Philostr. —, non erat quod Lothholz, editor illius orationis, contra quindecim codicem auctoritatem, quibus adicere licet codicem Monacensem 141, quem ipse inspexi, scriberet ὄδων. — Contrarius huic mos substantivo subiungendi genetivum adiectivi pluralis, ut ἴματια τῶν πολυτελῶν (Lucian.), μειράκιον τῶν ἀβρῶν (Philostr.; v. Kh. I 338, Bernh. parall. 64, Schm. IV 53) non invenitur ap. Bas. — Collocatur gen. part. a B. semper recte, nusquam ut saepe ap. posteros (cf. Usener. annot. ad Theodor. p. 148 et vit. Tych. p. 51; interdum etiam ap. Ael., semel in Syn. epp.) inter articulum et nomen.

De praedicativi genetivi (sive partitivi sive possessivi sive qualitatis) verbis εἶναι et γίγνεσθαι iuncti liberiore ap. posteriores usu Bernh. parall. 67 sq. disputavit. Basilianorum exemplorum notabilium varia genera, prout animans aut res subiecto aut genetivo significatur, sic distinguam:

1. Aliquid est a) hominis: ep. 425 C ταῦτα δὲ ἔνθασαι ἔκεινον μόνον ἔστι τοῦ κτλ., 449 C τίνος οὐν ἔστι χεῖρα ἡμῖν ὁρέξατε; al.: usus non solum antiquorum, sed etiam κοινῆς scriptorum (in NTo. Act. 1, 7). b) rei: Eun. 536 C παραγούσας ἔστι τῆς ἀνωτάτω sq. inf.; ep. 300 C πόσου πόνου ἦν [cf. Dem. 8, 48 δοκεῖ ταῦτα .. πόνων πολλῶν εἶναι], 320 A εἴτε .. εἴτε .., τῆς σῆς ἀν εἴη συνέσεως, 464 B οὐ γὰρ δὴ τοῦ σοῦ τρόπου (sc. ἔστιν) sq. inf., 656 A post inf. μόνης ἔστι τῆς σῆς ὁρθότητος; adul. 888 A ὅπερ δίκης ἔστι κολάκων („moris est“ [sc. alias aliter loqui]: pro illa plurimorum codicum lectione cum Lothholzio ex uno cod. recipere scripturam ὅπερ δίκη eo minus licere puto, quod ita genus pronominis non congrueret substantivo). — ep. 976 C ἐντολῆς γάρ ἔστι μεγίστης ἡ τῶν ἀσθενούντων ἐπίσκεψις; Eun. 532 C τοῦ δὲ αὐτοῦ τύπου τιθέμεθα εἶναι καὶ τὸ ἀγέννητος, 600 A. — Talia eum Attico usu congruere¹⁾ nemo ignorat (Kh. I 372; Kr. 47, 6, 9 et 47, 9, 2). Ex Aristide pauca affert Schm. II 100, e Philostr. id. IV 158; etiam saec. VI. Theodos. 49, 1 scribit: κρείττονος ἀν εἴη φύσεως c. inf.

2. Aliquis est a) hominis alicuius vel generis hominum: ep. 668 B οἱ Καθαροὶ καὶ αὐτοὶ τῶν ἀπεσχισμένων εἰσὶ et al. Huc referendum duco hunc locum: ep. 597 C τὰ γεγονότα .. τὸν πεπονθότα τῆς ἐλεεινοτάτης ὄντα μερίδος δείκνυσιν (i. e. τῶν ἐλεεινοτάτων; quamquam hoc idem fere valet atque miserrimae sortis esse), comparans cum genetivo μερίδος aliis pluribus locis usurpato, velut 932 B τῆς ποίας εἰσὶ μερίδος (antegressis verbis ὡν εἰ κρή ἐλεσθαι τὴν μερίδα) ²⁾. Eodemque pertinet ep. 901 A τῆς πονηρᾶς. ζύμης Ἀρείου γενέσθαι (quam lectionem recte tuetur Maranus contra alteram γενέσθαι) et 932 C τῆς ζύμης γενέσθαι τῶν ἐτεροδιδασκαλούντων. — Huic genetivo ³⁾, qui etiam in NTo. reperitur (I Tim. 1, 20; Act. 23, 6), Bas. raro praepositiones more posteriorum addit, velut ep. 668 A ὡς ἔτι ἐκ τῆς ἐκκλησίας ὄντων ⁴⁾ et 669 C ἀπ' ἔκεινης ὄντας τῆς τάξεως. b) rei alicuius. Huius genetivi, quo

¹⁾ Pariter atque Eun. 608 C τῆς αὐτῆς λογιζόμεθα παρανοτας sq. inf. (Kh. I 374 s.).

²⁾ Cf. Dem. 18, 64 τῆς πολας μερίδος γενέσθαι τὴν πόλιν ἐβούκετ' ἀν et Marc. Diac. 21, 23 γίνονται τῆς ἡμῶν μερίδος. Praepositionem huic substantivo B. adiecit ep. 925 B ἔως ησαν ἐπὶ τῆς ἐγιανούσης μερίδος [cf. 937 C ἐπὶ τῆς ζύμης ἔστι .. ταύτης διδασκαλίας].

³⁾ Ceteris quoque verbis copulae locum tenentibus iungitur: ep. 496 B ἐτέρας ὡρομάσθησαν ἐπαρχίας (Kh. I 374).

⁴⁾ Cf. Io. 18, 17; I Cor. 12, 15. Ap. Atticos „nur dann, wenn eine Auswahl u. dgl. bezeichnet werden soll“ (Kh. I 372).

Attici, nisi magnitudinem vel aetatem numeralibus definiebant, perraro usi sunt (Kr. 47, 6, 10; Kh. 1 373: „nur in vereinzelten Wendungen“), duo genera ap. Bas. repperi. Unum respondet latino genetivo vel ablativo qualitatis: ep. 265 B *τῆς αὐτῆς φύσεως τῷ πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον* (sc. ἐστι). Idem genetivus *φύσεως* hex 60 A; 132 A; ps. 301 B, 656 A (ώς ἀλλοτρίας ὑπάρχον *φύσεως*, sc. *πνεῦμα*), ib. B aptus e *τυγχάνειν* [sp. s. 169 A pendens e verbo *νομίζειν*]¹⁾. De altero, quod propius accedit ad genet. possessivum et ab antiquis paucis locutionibus incohatum est huic similibus: *τῆς αὐτῆς γνώμης εἶναι* (Thuc. 1, 113)²⁾, Bernh. parall. l. l. sic existimat: „usus auctore Plutarcho propagatus, sed a lexicographis vel editoribus saepe neglectus, ut εἶναι sive γίγνεσθαι genetivo iunctum ad omnes referatur qui rei vel cupiditati dediti sint et in negotio studiose versentur“. Huiusmodi exempla ap. Bas. haec leguntur: ep. 508 C *πάντων ὁμοῦ τοιούτων ὅντων . . . ἀλογήσας ἐνὸς ἐγενόμην τοῦ τὴν ὑμετέραν ἔκκλησίαν κατακοσμῆσαι τῇ τοῦ τηλικούτου ἀνδρὸς προστασίᾳ*, 552 C de se ipse scribit Bas. ὅλος ἐστὶ *τῆς εἰρήνης καὶ τοῦ μηδὲν βλαβερὸν γίγνεσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ*³⁾, eademque constructio fortasse obversata est Basilio ἀνακολούθως scribenti ep. 700 A *ἐκεῖνο σπονδασάτω ἡ σὴ σύνεσις, τοῦ ποιῆσαι τῷ Ιστάμων* (sc. episcopo) *τὸν ἵδιον κύκλον*, ubi concinne dicendum fuit aut *τὸ ποιῆσαι* aut *ἐκείνον* *ἔστω*. Hunc usum si novisset Fritz, non haesitasset in hoc Synesii loco: 115 ep. 706, 36 *γενοῦ δὴ τοῦ τοὺς σχολαστικοὺς εἰδέναι τε ταῦτα καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐξαγγεῖλαι*, ad quem p. 107 annotat: „Die Bedeutung kann nur die sein: „sorge dafür“ oder „veranlasse daß“. Wie die Struktur entstanden zu denken sei, ist mir nicht gelungen zu finden. Am nächsten liegt wohl die Annahme einer Verderbnis“. Prioribus atticistis eiusmodi locutiones non admodum placuisse videntur, cum duo tantum ex Aristide loci (XXXVIII 713 et XLVI 171), tres e Philostr. (Ap. 74, 1; 90, 13; J. 377, 8) huc referri possint. Byzantini usitatum fuisse ὅλος *τῆς φυγῆς ἐγένετο* O. Crusius olim me docuit.

Genetivum auctoris verbis passivis iunctum, qui nonnullis tragicorum locis invenitur posteaque pro atticismo habebatur (Schm. I 235, III 52, IV 56), semel ap. Bas. repperi: ep. 420 A *κατ' ἄκρας ἐαλώκαμέν σον*; hoc verbum sic construitur a Luc., Philostr. saepissimeque ab amatoriarum fabularum scriptoribus (velut Xen. Eph.), cum Attici verbo idem significanti adiungerent substantivum *ἔρως* (Xen. *ἔρωτι*, Plat. *ὑπ' ἔρωτος*).

Genetivum causae verbis animi motum declarantibus (*θαυμάζειν* similibusque) subiunctum, qui NTi. scriptoribus iam incognitus hodieque plane obliteratus est, aliquoties legisse mihi videor, sed enotare locos omisi praeter hex. 56 B *βασκάνῳ τινὶ τυνος* et hom. 189 A *συνηδόμενος τῇ ψυχῇ τῶν πνευματικῶν ἀπολαύσεων*⁴⁾. De adiectivis *δειλαῖς* et *ἀλεεινός* huic genetivo adiunctis v. infra. Eiusdem generis genetivum ex interiectionibus aptum sermo cotidianus diu videtur retinuisse; nam invenitur et ap. Teletem (13, 2 post *ῳ*) et ap. Epictetum (I 21, 3 *ῳ μεγάλον φιλοσόφον*). Ap. Bas. quoque plus semel eum repperi, velut post *ὧ*: ps. 213 A, Eun. 548 D, hom. 521 B, sp. s. 160 C. A scriptoribus posterioribus saepe talibus interiectionibus dativum vel accusativum additum esse Iann. 1334 b testatur

1) Bernh. wiss. Synt. 166: „Die Verbindung mit *τρόπον* oder *φύσεως* ist erst bei Späteren häufig.“ De dilatato genetivo qualitatis usu cf. quae e volgari sermone saec. IV/V. Compernass 22, alii posterioribus Lobeck ad Phryn. 215, ex Eus. h. e. Schwartz in ind. p. 212 („Übersetzung des Ablat. der Qualität“) afferunt. Ex atticistis Schm. genetivi qualitatis per pauca exempla ponit (III, 54 [ἐτῶν], IV 56 [sine εἶναι]). Hodie: *πόσων ἐτῶν (χρονῶν) εἰσθε; τό ζήτημα εἴνε μεγίστης σπουδαιότητος, στρατιωτικῆς (προσωπικῆς) φύσεως*, sim.

2) Cf. Eus. h. e. 668, 22 *ποιεις εἴη γνώμης* hodiernamque locationem εἴμαι *τῆς γνώμης ὅτι*. A Bas. adhibetur praepositio sp. s. 208 B: *ἐπὶ ταύτης εἶναι τῆς γνώμης*.

3) Similiter auctor commentarii in Isaiam scripsit (Bas. opp. t. II 396 B) *ὅλοι γενόμενοι τῆς σωματικῆς ἀπολαύσεως*. Cf. quae ad hunc locum annotavit A. Jahn, animadvers. in B. M. opera p. 182, praeterea Liv. 3, 36 hominum, non eauram toti erant.

4) Praepositiones insolentius usurpatae: hex. 17 B *θαυμάσαι τὸν οἰκοδόμην ἀπὸ τοῦ ἔργου* (cf. Philostr. Ap. 129, 14 et Thuc. 2, 25); ep. 276 C *ἢν (νῆσον) . . . Ομηρος εἰς κάλλος θαυμάσας φαίνεται*.

atque ex ipso Basilio locum profert: III 645 A *οἵμοι τὴν κεφαλήν*; sed hic sumptus est ex iis libris, qui nomine asceticorum comprehenduntur eorumque maximam partem multi Basili es negant.

A diectivorum relativorum¹⁾, quorum usum Schm. IV 612 in atticissuis numerat, a Bas. crebro usurpatorum haec genera discerno:

1. in *τιχός* desinentia facultatemque (vel studium) significantia: *αὐσθητικός* hom. 413 B, Eun. 541 A; *ἀναιρετικός* sp. s. 93 C; *ἀναλωτικός* hex. 69 A; *ἀντιληπτικός* Eun. 540 D; *ἀπολανστικός* ep. 885 A; *ἀποτελεστικός* hex. 137 A, ps. 317 A; *ἀφανιστικός* ps. 248 A; *γνωμοστικός* sp. s. 148 B et D; *δαπανητικός* hex. 37 B, 69 A, 281 B; *δεικτικός* Eun. 640 B (novies in Origen. comment in Ioannem), *δεκτικός* hom. 241 A, 344 B, sp. s. 184 B, ep. 261 B (hodie quoque e. gr. δὲν εἶνε δ. μαθήσεως et οὐδέα ἐπιδεκτικὴ πραγματοποίησεως); *δηλωτικός* Eun. 529 A, 533 C, 536 C, 580 C, 588 C, 617 B, 625 A, sp. s. 81 B, 96 C, 112 A (Orig. comm. in Io. 296, 23; Io. Glyc. 41, 19); *διακριτικός* hex. 68 C, Eun. 540 D, hom. 224 A (Orig. in Io. 248, 5 ἀγαθῶν καὶ κακῶν); *διεγερτικός* ep. 964 D; [διορθωτικός] hom. 197 A: oratio dubia]; *ἐκταφακτικός* ps. 357 B; *ἐμπεριεκτικός* ep. 628 A; *ἐνδεικτικός* Eun. 621 D, 648 A, 661 B, ep. 965 B; *ἐπινοητικός* hex. 157 C; *ἐπιτελεστικός* ps. 317 A; *ἐποπτικός* sp. s. 168 B, ep. 865 C; *θεοπεντικός* ep. 525 C; *θεωρητικός* sp. s. 168 B; *καθαιρετικός* Eun. 609 A, ep. 964 D; *καταληπτικός* ep. 865 A; *κατασκευαστικός* hex. 37 B; *κριτικός* hex. 48 B, ep. 965 C; *μημονικός* hex. 197 C (sed ib. 192 C προς φίλιαν μημονικόν, sc. κύνων); *οἰκονομικός* ep. 885 A; *ορειτικός* hex. 196 C; *παραστατικός* sp. s. 160 B, 173 D; *παρεκτικός* ps. 425 A, Eun. 609 A; *πληριτικός* hex. 113 C; *ποιητικός* hex. 53 B, 76 B, 97 B, 81 C, 132 A, 137 B, ps. 369 A, hom. 220 A; *ποιοτικός* hex. 196 B; *πρακτικός* hex. 76 B; *προσφυλακτικός* ep. 525 C; *σημαντικός* Eun. 524 B, 536 B, 565 A, 577 C, 584 A et C, 588 C, ep. 249 A; *συγχυτικός* ps. 357 B, *συμπληρωτικός* hex. 76 B et D, sp. s. 156 B, ep. 909 A, *συνεκτικός* hex. 108 A, *ταπεινωτικός* sp. s. 180 A; *τελειωτικός* ps. 388 A, sp. s. 108 B, 180 B, ep. 637 A; *γραφτικός* hex. 37 B, 64 C, 101 B, ps. 300 D, 536 C, Eun. 633 A; *γνλακτικός* hex. 157 C; *χαρακτηριστικός* hex. 89 A; *χωρητικός* ps. 324 D, 477 B. Inter Atticos constat maxime Platonem talibus adiectivis delectatum esse. De multo maiore copia horum Basili exemplorum idem dicendum est, quod de Luciano Schm. I 402 statuit, formata ea esse „in Verfolgung allgemein griechischer Formationsgesetze, welche eben auf neue Fälle angewendet werden.“ Quod saepius etiam, quam alibi, in hex. Bas. eis utitur, id ex argumento ad qualitates animantium pertinente concisamque argumentationem requirente repetendum existimo. In N.To. nusquam fere ea genetivo iungi Bl. 109 testatur; ex Epicteto Stoico Melcher p. 38 sqq. permagnum numerum talium adiectivorum affert non memorans, num genetivum eius subiungere E. solitus sit. De atticistarum tali genetivo utendi consuetudine silet Schm., nisi quod ex Ael. profert *κενωτικός* (NA. 340, 25) et *ποιητικὸς* χρόας (NA. 311, 10).

2. in opiam notantia: *ἄγεραστος* ep. 917 B; *ἄγενστος* hom. 557 B, sp. s. 173 A; *ἀγύμναστος* Eun. 500 A; *ἀδίδακτος* sp. s. 181 B; *ἀήθης* hex. 117 C; *ἀκοινώνητος* ep. 797 B (saepius in hac ep. „canonica“, sed ib. A insolenter ἀ. ἔσται τοῖς ἀγένησι [cf. Aristot. Top. 3, 2 ἀ. τοῖς κακοῖς]); *ἀμαθής* hex. 173 A (hodie *ἀμάθητος* e. gen.), *ἄμοιδος* sp. s. 116 B, 173 A, 181 B, 197 A; *ἀναισθητος* hom. 228 C; *ἀνεπίδεκτος* ps. 221 C, Eun. 561 C, 641 C, 660 C; *ἀνεπίσκεπτος* Eun. 580 B; *ἀνήκοος* [hom. 185 C] sp. s. 141 A; *ἀπειρατος* ps. 248 B; *ἀπροσδεής* sp. s. 181 B; *ἀσύνετος* hom. 273 A (*τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν*; Dio Chr. *παιδείας*; hodie idem declarat *ἀνήξενδος* e. gen.); *ἐνδεής* hom. 443 B; *πένης* hom. 276 A. Ad tritiora vocabula *ἔλεύθερος*, *ἔρημος*, *καθαρός*, *κενός* non attendi. De atticistis v. Schm. I 233, II 41 („die Adj. relativa, welche Aristid. verwendet, haben meist privative Bedeutung“), III 54, IV 55.

3. a) copiam declarantia: *ἄρθονος* sp. s. 108 B; *διακορεῖς* sp. s. 93 D; *εὐφορος* hom. 348 D, 429 C; b) genetivo causae iuncta: *δεῖλαιος* hom. 264 B (*εῆς εὐφορίας* i. c. miser ob fertilitatem),

1) Egregie de his disputavit Bernh. 170—174.

ἐλεεινός hom. 221 B, 264 B (ἐ. τῶν παρόντων, ἐλεεινότερος τῶν προσδοκωμένων), adul. 581 A, ep. 889 B; ἐπώνυμος hom. 201 D (τῆς οἰκείας ὀξυδοχίας); c) alia: αὐτήκουντος ep. 825 B; πρόξενος ps. 460 B, 468 A, 480 A; φιλοθεάμων ps. 401 D, sp. s. 133 A. De atticistarum priorum usu v. Schm. I. l. Ex actis app. apocr. Bonnet (ind. p. 300) affert adiectiva ξένος, ἀσθενής, ἄτονος cum genet. copulata, Compernass autem in actis ss. Marinae et Christophori talem genetivum non videtur repperisse.

Ex adverbialibus loci aptus genet. partit., qui e vulgari sermone excidit, ap. Bas. legitur post οὐδαμού Eun. 517 A, 584 B; πολλαχοῦ hex. 92 C, ps. 237 A, 265 A [cf. Νέα Ἡμ. 11 Μαρτ. 1910 πανταχοῦ τοῦ Ἑλληνισμοῦ]; ποῦ Eun. 504 C, 541 A, 589 C; ποὺ ps. 460 C, hom. 540 C; itemque genetivus ad huius similitudinem post adverbia modi adhibitus (v. Kh. I 382)¹⁾ copulata cum verbo ἔχειν (post ὅπως: hom. 552 C, sp. s. 196 A; οὕτως: adul. 564 C, ep. 232 C; πᾶς: hex. 81 C; ὡς: sp. s. 112 B et 196 C; praeterea: hom. 168 C ἡ δὲ [ναῦς] συμμέτων τῶν ἀγωγίμων ἔχοντα, 492 C θέσεως εὐκαιρίως ἔχει [πόλις], adul. 589 A τοὺς δρθῶς ἔχοντας τῶν λογισμῶν, ep. 285 A τῆς κειρὸς ἔχεις ἀργῶς) et ἔνι (semel: hom. 552 B φύγωμεν οὖν ὅπως ἔνι τάχοντος).

Genetivum temporis ad spatium, intra quod quid fiat vel factum sit, declarandum Bas. his locutionibus maximam partem etiam N.Ti. scriptoribus usitatis (Bl. 111) adhibet: νυκτὸς καὶ ἡμέρας hex. 163 B, al.), ἐσπέρας (hex. 124 C, al.). χερμῶνος (hex. 157 C), πολλάκις τῆς ἡμέρας (hex. 133 A; sed ep. 484 B ἡμεῖς μέντοι γέ τέταρτον [quater] καθ' ἐξάστην ἐβδομάδα κοινωνοῦμεν), δρθον βαθέος (ep. 885 B; item Ev. Luc. 24, 1), ἀωρὶ τῶν νυκτῶν (ep. 905 A: intempesta nocte; item Aristoph. et Antiph.). Respondent talibus genetivis interdum in eodem enuntiato alii casus cum praepositionibus iuncti, velut hex. 124 C ἐσπέρας . . . ἐν δὲ τῇ μεσημέρᾳ; 157 C ἐν τῷ θέρει . . . χειμῶνος. Ad accuratius vero definiendum temporis spatium (quemadmodum Attici dixerunt τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ταύτης τῆς νυκτός, τριάκοντα ἑτῶν, qui genetivus interdum nobis vertendus est praepositione „seit“) nusquam nisi forte hom. 444 D (ἐφεξῆς τῶν ἑπτὰ τούτων τῆς νηστείας ἐβδομάδων νυκτὸς καὶ ἡμέρας διαμαρτυρόμενοι ὑμῖν τὸ εὐαγγέλιον . . . οὐκ ἐπανσάμεθα) Bas. utitur genetivo, sed aut dativo aut praepositionibus ἐν, [ἐντός?], εἰσω (ep. 424 B), διά c. gen. (hex. 128 C διὰ τριάκοντας ἡμερῶν ἐκβαίνει ὁ ἥλιος; 12 B), ἐπὶ c. gen. (imprimis saepe vocum καιρός, ἡμέρα, ὥρα et ἔκστος, πᾶς, sim., velut hex. 172 C ἐπὶ παντὸς καιροῦ, ep. 928 A ἐ. τοῦ παρόντος καιροῦ; hex. 133 A ἐφ' ἐξάστης ἡμέρας, ep. 969 A ἐ. ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν; hex. 132 C ἐ. τῆς αὐτῆς ὥρας, ep. 313 B ἐφ' ἐξάστης ὥ.),²⁾ κατά c. acc.³⁾, semel (ep. 885 C) νύκτωρ καὶ μερὶς ἡμέραν (sic scribendum, non μηρίς ἡ. ut in ed. Maur.; cf. Plat. Phaedr. 251 e). Saepius hoc genetivo temp. priores atticistae usi erant (praecipue Luc.: Schm. I 235), sed plerisque acciderat, ut elegantiam Atticam imitari sibi visi haud raro perperam etiam tum genetivum usurparent, cum diurnitas temporis erat declaranda (cf. Schm. II. 40, III 53, IV 57). Hunc errorem, quo alii quoque scriptores aetate inferiores saepe impliciti sunt (Soph. lex 43, 5; pass. Andreeae 28, 12; acta Ioann. 161, 1; Theod. v. Theodos. 50, 7 πάσης νυκτὸς [totam n.] λειτουργοῦντες), semel tantum idque in ep. canonica veteres

1) Nusquam in NTo., sed. ap. Luc., Aristid. (Schm. II. 131), persaepe ap. Philostr. (Schm. IV 176: „Atticismus nach A. Mai., Class. auct. IV 524“). Singulos e Paus. et Liban. locos profert Lobeck ad Phryn. p. 280. Cf. Theodor. v. Theodos. 55, 17 ἔκστος ἐδοκιμάζετο πᾶς περὶ τὴν πόλιν ἀδρετῶς ἔχοι.

2) Cf. Schm. I 399: „In zeitlichem Sinn brauchen die älteren Schriftsteller ἐπὶ nur, wenn sie es nicht mit eigentlichen Zeitbestimmungen verbinden . . . Die Späteren erlauben sich weiteres, so hat Lucian ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας“. Annotare hic licet Basilium saepissime substantiva non per se tempus indicantia sabiungere voci καιρός similibusque, velut ep. 301 C ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῶν κινδύνων (cf. Thuc. 6, 34 ἐπὶ κινδύνου), hom. 376 C παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς διώξεως et ep. 965 C παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους (cf. Dem. 20, 285 παρ' αὐτὰ τὰ συμβάντα et Kh. I 513), ep. 572 A κατὰ τὸν τῆς οιωνῆς χρόνον cf. Schm. I 90).

3) Cf. supra p. 12 et Schm. III 54: „Die συνήθεια von Aelians Zeit kennt diesen Genetiv (der Zeitsphäre) nicht mehr: lehrreich dafür ist VH. 67, 25 τῆς αὐτῆς ἡμέρας καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν ὅφθη, da hier die attizistische Konstruktion mit Gen. unmittelbar neben der vulgären mit κατά c. acc. steht.“

partim leges repetente deprehendi: 681 C *τοιων ἐτῶν τῆς κοινωνίας μόνης ἀπέγεσθαι*. Reliquiae sunt hodie genetivi temporis per paucae: *τοῦ λοιποῦ, τοῦ χρόνου* (übers Jahr), *τῆς λαμπρῆς* (zu Ostern), *τὸς ἑσπέρας* (sed in vulgari sermone *τὸ βράδυ*), *ἄπαξ τῆς ἔβδομάδος*.

4. De dativo.

Dativus in cotidiano sermone aetate Romana sensim coepit rarescere eiusque vicem vel praepositiones vel accus. aut genet. obtinere, quoad aetate Byzantina prorsus fere e vulgari usu excidit¹⁾. Quo autem magis evanuit, eo studiosius frequentabatur a scriptoribus elegantioribus; sed iudicio naturali sublato vel imminuto fieri non potuit, quin crebro perperam usurparetur. Ut igitur ordiamur ab eo qui proprie dicitur dativo sive casu obiecti indirecti (personalisque), Basilius dicendum est eo saepissime semperque fere more Attico usum esse neque praepositionem *εἰς* unquam eius loco adhibentem (ut interdum NTi scriptores: Bttm. p. 150) neque accusativum aut genetivum substituentem (ut acta Petri et Pauli 43 accusat. post *δοκεῖ*, a. Thomae 28, 35 post *εἶπεν*, Callin. 133, 12 *ὑπήκοον αἰτόν*; — C. I. G. 9121, 5 *ζωὴν τοῦ χόσμου χαρισάμενος*). Ex pluribus huius dativi generibus duo exemplis Basilianis illustrare placet.

Ac primum quidem dativus ethicus, qui e sermone populari et familiari ortus tam diu graeca lingua retinebatur quam ipse dativus²⁾, crebro usurpatur a Bas., sed semper fere copulatus cum imperativo (saepissime alterius personae singularis, ter quaterve eum coniunctivo prohibutivo) eoque plerisque locis verbi *νοέω* omninoque verborum sentiendi: hex 41 B *νόησον δέ μοι*, 68 C *καὶ νόει μοι*, 97 B, 116 B, 124 B, 208 B *ἀπισέ μοι χαίροντες*; ps. 288 A et B, 317 C, 336 A, 368 B, 369 A, 372 A, 373 B (bis), 377 B, 409 B, 413 C, 425 A; Eun. 665 D *καὶ μή μοι πάλιν τὰ σοφὰ ταῦτα* (omisso verbo); hom. 184 B, 228 A *ἀτάβα μοι τῇ διανοίᾳ*, 312 A, 365 A, 440 A, 516 A, 589 C, 605 C, sp. s. 160 A *καὶ μή μοι... ἐκλάθης*, 212 A et C; ep. 336 A, 377 C. Qui cum indicativo coniuncti sunt dativi tres: hom. 232 A *ἐπεσον αὐτῷ δέκα παῖδες*, 420 A, ep. 885 B *ἐπεδήμησεν ἡμῖν βικάριος, τὸ πρῶτον... τῶν ἡμετέρων κακῶν, eos incommodi potius dativos intellegas³⁾). — Semel adjunctus est dativus adiectivo: ep. 641 C *οὐτος δὲ νῦν σοβαρὸς καὶ σεμνὸς ὑμῖν Γλυκέριος* (ironice⁴⁾), quo cum loco conferas Xen. Cyr. 1, 3, 2 ὁ μῆτερ, ὁς καλός μοι δὲ πάππος et Catull. 86, 1 Quintia formosa est multis. Similiter, h. e. ita ut dativo subiciatur vis: iudicio alicuius („in den Augen jemandes“, Bttm. p. 156: „Dat. des subjektiven Urteils“), explicari posse existimo hos locos: ps. 241 C *τί οὖν βούλεται* („sibi vult“: sic iam ap. Plat.) *ἐνταῦθα ἡ προσενήχη τῷ προσήγητῃ*; et 308 B *τί οὖν βούλεται τῷ προσήγητῃ ἡ ἐπαγγελτα⁵⁾); Similia e Philostrato Schm. IV 143 (Ap. 107, 18 *τί ἡ οὐλία βούλεται σου*) et 198 (Ap. 183, 18 *τί δὲ αὐτῷ ἐνόει τοῦτο*) affert, quibuscum conferas Orig. comm. in Io. 5, 9 *τί δὴ τάντα ταῦθ' ἡμῖν βούλεται*; — Finitimum huic dativum illum quem vocant „Dat. des Standpunkts“ (Kh. I 423 sq.)⁶⁾ his locis repperi: hom. 408 B *συνελόντι***

1) Thumb p. 23: „Der Dativ ist aus der Volkssprache gänzlich geschwunden; er findet sich höchstens in formelhaften, der Schrift- (oder Kirchen-)sprache entnommenen Wendungen wie etwa θεῷ δόξα, Gott sei Dank! oder τῷρντι, wirklich“. Sed ἡ καθαρεύοντα, quae legitur in libris et ephemeridibus, satis multa ex illo casu vel retinuit vel renovavit.

2) NT. Apoc. 2, 16 *ἴσχουατ σοι ταχύ* (Bl. 115). Hodie autem ἡ καθομιλούμενη in eius locum substituere solet genetivum (*τί μοι τὸν κυνήγειν;*).

3) Sed in Libanii ad Bas. ep. (1080 A) dativus ille proprie ethicus legitur: *τί νῦν ἡμᾶν δὲ Βασιλεῖος δοῷ*; cf. Hor. ep. 1, 3, 15 quid mihi Celsus agit?

4) Vitio caret versio editionis Maurinae: „apud vos“, dumne praepositioni vis tribuatur mere localis; cf. Tac. hist. 1, 29 „aut perire... aut, quod aequie apud bonos miserum est, occidere“ et Ro. 11, 25 *φρόνιμον εἶναι παρ' ἑαυτῷ*, Syn.: *παρ' ἔμοι τίμος δὲ ἀνήρ* (Fritz 162). De pari Atticorum usu v. Kh. I 421.

5) Genetivi loco nunquam Bas. dativum item ponit ut Euseb. h. e. 76, 17 αὐτῷ τῆς θυγατρός; 748, 7 *γηνοῖον αὐτοῖς τέκνων* (v. ind. Schwartzii s. v. Dativ) aut papyri (Schm. III 56, IV 52).

6) Servabatur ab elegantioribus posterioris aetatis scriptoribus (Schm. II 41, III 55, IV 58 et 610; Weissenb. 28), cum communis sermo uti mallet genetivo pluralis (Schm. IV. 57, Soph. lex. 43, 7). Exstat etiam ap. Eus. (*ἀντοῦσιν*,

φῆσαι, ps. 240 D et ep. 877 B εὐγνωμόνως δὲ σκοποῦντει, ep. 880 B ἀβίαστός ἐστι τῷ εὐγνωμόνως ἀκούοντι
ἡ ἔξηγησις αὕτη.

Alterius generis est dativus auctoris subiectus verbis passivis, qui propius accedit ad dativum instrumentalem, sed ipse quoque e notione commodi (vel possessionis) videtur ortus esse. Is a Schm. IV 612 in atticismis numeratur, quamquam non solum ap. atticistas (Arist., Ael., frequentissime ap. Philostr.) invenitur, sed etiam in NTo. (Luc. 23, 15), in actis s. Christoph. (62, 5), in actis s. Thomae (109, 10)¹⁾. Basilius autem eum saepissime subiungit perfecto (velut hex. 25 A, 57 D εἴρηται... τισὶ τῶν πρὸ ήμων, 92 A, 121 C τῶν βεβιωμένων ήμεν, 144 C; hom. 513 A ὅλος ήμεν ὁ κόσμος καταπερρόνηται), rarius aoristo (Eun. 616 B; hom. 520 B τοῖς ἐναντίοις πανοίργως ἐπενοήθη, 556 C, 540 A; sp. s. 212 A; ep. 588 A, 637 B, 916 C, 929 B, 977 B), quater praesenti (ps. 387 C, 484 B; ep. 368 C Τονδαίοις καὶ Ἐλληνις δραματονοργεῖται τὰ ήμέτερα, 936 A), semel futuro (ps. 460 C). — Saepius quam hunc casum ὑπό c. gen. legi non est quod exemplis probem²⁾. Ter autem idem valet ἀπό: ps. 240 C τῷ ἀπὸ πατέρων ἀνόμων ἀνατεθραμμένῳ, 361 D, Eun. 664 C; qui usus ab Atticis incohatus (Thuc. 1, 17; cf. Kh. I 457) postea increbuit (Hatzid. 211, Iann. 1507; de atticistis Schm. nihil tale memorat) hodieque dominatur (ἐσκοτάθη ἀπὸ τὸν δεῖνα). Praeterea praepositione παρά sq. gen. multo licentius quam Attici utitur, quos notum est raro eam aliis verbis passivis atque dandi et accipiendi iunxisse; enotavi dilatati huius a posterioribus usus³⁾ exempla plus quadraginta sex, in quibus novem ex hex. (velut 5 B φυγαδενθεὶς παρὰ τῶν εὐεργετηθέντων), septendecim e ps. (velut 240 A κριθησονται παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ). Neque desunt loci, quibus παρά c. dativo similem significationem habere videtur: ep. 633 C τῶν παρ' ἄλλοις σπουδαζομένων, 876 B ἐγηγρημένον ηδη παρὰ πολλοῖς τὸ εἰαγγελικὸν ὄχτὸν περὶ κτλ., ib C; ps. 449 A τὸ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις μημονεύεσθαι (468 C μηδενὸς τῶν παρὰ ἀνθρώποις νενομισμένων); sp. s. 1009 A οἵς ηδη τετύχηται παρὰ σοὶ ἀγαθοῖς; ep. 636 C παρὰ τῷ δικαίῳ κριτῇ τὸν.. στέφανον.. ἀπολήψεται. Haec structura orta e notione locali iam ap. Pol. invenitur, postea ap. Ps. Longin., Xen. Eph., Herodian., Heliodor. (saepe, v. Fritsch II 19), in actis app. apoer. (v. Bonnet. ind. 361), nusquam autem ap. atticistas superiores. Inaudita structura praepositionis παρός est ep. 377 A πρὸς ἄλλον ἀν ἐφάρον (ab alio virgo corrupta esset). Huius significationis accusativo minime congruentis cum apud nullum scriptorem exemplum reperiatur, sed permulta ap. posteriores (Ios., Plut., Luc., Arr., App., Herodian., Heliod., Proc.) genetivi huic praepositioni ad auctorem significandum additi, contra novem codicum, quibus nititur Garnerius, auctoritatem priorum editorum lectionem πρὸς ἄλλον restituendam existimo⁴⁾.

Deinceps dicatur de eo dativo, quem constat olim casus instrumentalis antiquissimis iam temporibus extinti suscepisse variasque eius significationes Kr. 48, 15 nomine „dynamischer Dativ“ complectitur. Dativo igitur qui instrumenti proprie dicitur (sive declaranti quo quid fiat) Bas. non-nunquam addit praepositionem ἐν: hom. 561 B διέβαλες ἐν οἷς ἐλάλησας (istis verbis) καὶ τὸν ἔμὸν βίον; ps. 225 B ἵνα ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν κακῶν διαφέγγωτι τὰ ἀνείδη, 476 B, 477 A, 481 D; Eun. 636 B (bis); sp. s. 100 B; ep. 281 B, 328 B, 480 B, 544 C διὰ τῆς ἐν δραματοθέντες, 661 C η σὴ ψυχὴ πλοντεῖ ἐν τῇ τῆς ἀγάπης περιουσίᾳ, 789 A ὑπεσημήναντο... ἐν οἷς... παραδεδώκασιν (cf. X.

καταριθμούμενοις. ἀνατρέζοντι) latque XV. saec. (ἐπιλέοντι) ap. Laonicum, imitatorem Herodoti et Thuc. sed hodie ne τῷ καθαρευόντος quidem (excepta fortasse locutione οὐνελόντι εἰτεῖν) usitatus est.

1) Praeterea persaepe ap. Pol., interdum ap. Ps.-Longin., Appian., ter in Syn. epp., pluribus locis ap. Io. Glycam (saec. XIV.); prorsus extinctus hodie.

2) Ubi ὑπό dativo iunctum est, elucet significatio „sub“: ep. 752 C τραφέντες ήμεις ὑπὸ τίτη (cum eodem verbo sic ap. Plat. et Syn.) et 937 C ὑπὸ δορυφόροις παραπεμφθέντες, neendum ita evanuit ut nonnullis locis Arriani (Boehner 46), Luciani (du Mesnil 39), Philostrati (Ap. 31, 15 τὰ ἱερὰ ὑπὸ ἐκείνοις δρᾶται); cf. Kh. I 524.

3) Iam a Pol.; de atticistis v. Schm. I 399, IV 460, de Syn. Fritz 163.

4) Facilius ferri potest hex. 60 B εἴ τι πρὸς ήμᾶς κυκλοτερὸς δρᾶται, si modo sic interpretamur: „gegen uns her rund erscheint“ (de intransitiva significatione verbi δρᾶσθαι et similium v. Bl. 189).

Cyr. 8, 7, 3), 864 C, 877 B, 884 B καὶ τὴν ἐνότητα σφέσσθαι ἐν τῇ τῆς μιᾶς θεότητος ὅμολογίᾳ (cf. Lys. 26, 9), 988 B saepeque ἐν τῷ sq. inf. (v. infra). Quae omnia exempla (sicut Synesii: Fritz 140) principalem praepositionis vim (localem indeque ortam temporalem) quemadmodum nonnullis Atticorum locis (v. Kh. I 436 et 464 sq.) non nimis obscuratam exhibit aliquantumque distant a talibus locis quales leguntur in NTo. (Luc. 22, 49 πατάσσειν ἐν μαχαίρᾳ et al.) atque etiam ap. Lucianum (plus semel, velut conser. hist. 12 ἐν ἀκοντίῳ φονεύειν); cf. Iann. 1562, Usen. ad Theodor. p. 124, Gelz. ad Leont. p. 169 (qui vel εἰς praepositionem sic usurpat). — Ad hominem significandum pro instrumento adhibitum nunquam Bas. illa praepositione utitur (quemadmodum saepe NT.: Bttm. 283 sq.), sed semel simplici dativo: ep. 640 A μάρτυρι (i. e. reliquiis martyris missis) νέον ἀδλήσαντι ἐπὶ τῆς γείτονος ὑμῖν βαρβάρον τὴν ἐνεγκοῦσσαν (patriam) ἐτίμησας¹⁾. — Nusquam instrumenti vim subicit praepositionibus σύν (Kh. I 436; Pol. 8, 6, 4) aut μετά (plus semel Callin., ut μετὰ μαχαίρας ἔτεμεν, crebro Byz. [cf. Hatzid. 212], vulgo hodie sic μετὰ c. gen. vel μὲ c. acc.). Sed crebro ὑπό c. gen. prosopopoeia quadam verbis passivis ab eo adiungitur ad rem declarandam, qua quid efficiatur²⁾: hex. 13 C, 125 B, 152 A, 157 C ὑπὸ πολλῶν ποταμῶν πληρούμενη (θάλασσα), 163 B ὑ. τοῦ ὑπονού καταληγθέντες, ps. 264 D, 293 D, 301 D, 328 C ἀνανέωσιν τοῦ παντὸς κόσμου τοῦ ὑπὸ τῆς ἀμαρτίας παλαιωθέντος, 352 D ὑ. τῆς ἀνάγκης, 365 A, C, 376 B ὑ. παθῶν σαλενομένην, 385 B ὑ. τῆς ἐν τῷ κανόνι εὐθύτητος ἐλεγχόμενοτ, 401 B ἐν τοῖς ἀνθρώποις τοῖς βασιλενομένοις ὑ. τῆς ἀμαρτίας (eadem locutio 472 B), 417 A, 428 A, 429 C, 445 C, 469 C, 489 B; Eun. 640 A; adul. 585 C τὴν τέχνην, ὑφ' ᾧ καὶ ὁ χειροῦς ἥδιον... ἀπεδείχθη; sp. s. 216 C; ep. 276 B, 313 A, 325 B, 457 D, 917 A, 944 A, 996 D. Pro hoc praepositione alteram posterioribus saeculis pervulgatam, ἀπό (cf. supra p. 19), substituit hom. 492 A πρὸς ζῆλον... ἀφ' ὃν (eis quae) ἀκούονταν ἐναγόμενοι et hex. 13 A ἀπὸ γὰρ τῶν δικαίων πράξεων πρῶτον κινούμεθα πρὸς τὸν μακάριον βίον; his tamen locis, praepositionis significatio prope abest ab illa locali, quae eius propria est et peculiaris („Ausgangspunkt“). Unum exemplum mihi praesto est praepositionis ἐκ genetivo rei verboque passivo iunctae: hom. 181 A τῶν ἐκ νόμου συγκεχωρημένων (Hom., Herod., Thuc., Arr., Proc.), aliquot praepositionis παρά (velut hex. 129 C, 152 C διαφορεῖσθαι π. τοῦ ὕδατος, ps. 377 C, ep. 860 C; cf. Schm. IV 460 sq.).

Altera dativi instrumentalis specie notatur causa. Haec potest esse in animo hominis posita („innerer Beweggrund“; ubi nos „aus“) talisque significatur a B. his dativis: ἀγαθότητι (ps. 380 A τῇ ἔσωτοῦ ἀ. πᾶσιν ἐγγίζει, deus), ἀγνοίᾳ (ep. 445 B, 821 B), αἰδοῖ (hex. 160 C, ps. 456 B, ep. 532 C), ἀπορίᾳ (ep. 917 A — καὶ ἀμηχανίᾳ), δειλίᾳ (sp. s. 112 C, 437 A), ἀλπίδι (hom. 224 C), ἐπιθυμίᾳ (hom. 224 C, 285 D, 428 C; Eun. 501 C; ep. 460 D, 593 C, 889 A, 901 B), ζῆλῳ (ep. 636 B), ἴσχυει πίστεως (ep. 593 C), κακίᾳ (ep. 821 B), κονφότητι γνώμης (hom. 208 C), ὄχνῳ (hom. 285 D), σπονδῇ (hom. 356 B τῇ περὶ τὰ παρόντα... τῇ πρὸς τὴν ἀμνων), στοογῇ (ps. 485 A στ. τινι καὶ διαθέσει ὑπεδεξάμην τὰ ἐπίπονα), ὑπεροψίᾳ (ps. 917 A), φειδοῖ (sp. s. 128 A τῆς ἀσθενείας ἡμῶν), φόβῳ θεοῦ (ep. 292 A), φυσώσει (tumore: ep. 901 B). — Loco huius dativi, quem sermo communis diu videtur retinuisse (Pol. [δογῆ]; Plut.; de NTo. cf. Win. p. 193, de atticistis Schm. II 42, III 57, IV 59), Bas. praepositione ὑπό c. gen., de qua Schm. IV 631 docet: „die Ursache bezeichnendes ὑ. c. gen. in der Κοινῇ völlig verschwunden, ist von den Atticisten wieder stark in Gebrauch genommen“, frequenter utitur, velut ps. 312 B ὑ. τοῦ φθόνου, hom. 193 D τὰ ὑ. τῆς συνηθέας καταφρονούμενα, 549 D ἵ. κόρον σκιρτᾶν.

1) Cf. Philostr. Ap. 259, 31 ἐν ἐκείνῳ (in der Person des A., durch ihn) ἑαλωκότες (Schm. IV 419) et Syn. ἵσθι μοι καρισάμενος ἐν ἀνδρὶ οὐρδημεγένοντι (Fritz 140). Nudi dativi aliquot ex Atticis exempla profert Kh. I 436.

2) Saepe in NTo. (velut. Luc. 7, 24 κάλαμον ὑπὸ ἀνέμον σαλενόμενον), ap. Marc. Diac. locis 21, Callinic. 35, Heliod. innumerabilibus (Fritsch p. 22); ex Ael. unum locum affert Schm. III 291. Etiamnunc ἡ καθαρεύοντα praepositionem ὑπό sic usurpat (Νέα Ημ. 9 Ιαν. 1910: κατέχονται ὑπὸ τῶν φόβων τούτων), cum ἡ καθαρισμένη ponere soleat ἀπό c. acc.

Praepositionis *ἀπό* posterioribus saeculis (NT: Matth. 14, 26 ἀ. τοῦ γόβον ἔκραξεν; Callin. 81, 15 ἀ. περιεργείας δευτῆς, Leont. 41, 14 ἀ. θυμοῦ) hodieque (ἀ. περιεργείαν, aus Neugierde) usitatae talem significationem ap. Bas. non repperi. Nonnumquam sic διά c. acc. usurpatur (ps. 485 C δ. φιλανθρωπίαν, ep. 876 B δ. τὴν πρὸς τὰ καλὰ φιλίαν, 889 A δ. τὴν φιλανθρίαν [Plat.: δ. ἄγνοιαν ἀμαρτάνειν, hodie: δ. τὴν ἀγάπην]), semel insolentius c. gen.: ep. 588 A μηδὲ δὶ’ ἀνέλπιστας τὰ πονηθέντα ἡμῖν προώμεθα¹⁾). Praeterea cf. ep. (canonica) 676 A δὲ ξένη παρὰ τὸν θυμὸν (ob iram) κατὰ τῆς ἑαυτοῦ γαμετῆς χρησάμενος φονεὺς ἔστω. — Causam vero extrinsecus allatam (reddendam nobis auxilio praepositionum „wegen“, „infolge“, similius) Bas. simplici dativo non videtur significasse nisi infinitivi cum articulo copulati (de quo infra) aut post verba animi affectum declarantia²⁾). Praepositiones hanc causam significant praeter tritissimas ἐπί c. dat. et διά c. acc. hae: ἐν (ep. 612 C διὰ τὸ ἐν πλήθει τῶν ἐπιφερομένων [κατηγορῶν] δύσκολον εἶναι τὴν προτίμησιν, praeterea nonnulla ex iis quae supra p. 19 sq. allata sunt exemplis hue quoque referre liceat), ὑπό (ps. 288 B, 292 A; ep. 313 A τὴν μητέρα ἀφῆσθην ὑπὸ τῶν ἀμαρτιῶν μου = propter p. m.)³⁾, ἀπό (semel post θεωράζειν: hex. 17 B), ἐκ (ep. 321 A οὐδὲν ἐκ τῆς σῆς αἰτίας ἀπόλωλεν), παρά c. acc. (ps. 345 A; ep. 552 C παρὰ τὴν αὐτοῦ αἰτίαν, i. e. sua culpa; sp. s. 145 A; significatio haec attica saepe ap. Aëtium doxographum, v. Diels. indic.).

Finitimus et huic dativo causae et illi instrumenti est is dativus, qui a Kr. 48, 15, 4 vocatur „der eine Gemäßheit bezeichnende“ (nos: „vermöge, gemäß, entsprechend, nach“). a) ep. 453 A τῇ συνήθει σεαντοῦ συνέσει ἔδωκας καιρὸν φιλανθρωπίας (pro tua pr.), 817 A, 389 C, 1065 A [480 C πᾶς τις τῷ θελήματι τῆς καρδίας αὐτοῦ [sui] πορεύεται: in NTo. ἐν τῷ θ. vel κατὰ τὸ θ.]; cum praepositione ἐν: ep. 476 D ἐν τῇ ἑαυτοῦ μεθοδείᾳ (pro sua astutia), 576 A [cf. Néa Ἡμ. 26 Μαρτίου 1910: ὁ Βασιλεὺς, ἐν τῇ συνήθει αὐτοῦ ὅξυδερχείᾳ]⁴⁾. b) ep. 628 C εἰ μέν τις νόμῳ ὁριάται πρὸς τὸν γάμον ([ex] lege), hom. 189 B νόμοις γαμικοῖς, 644 C θεσμοῖς ἐκκλησίας, sp. s. 176 C Ψυχραῖς γραμματικαῖς (nach trockenen gramm. Theorien, Regeln). c) τῷ λόγῳ c. gen. (quam locutionem sic explicaverimus: auf Grund, zufolge, gemäß der Berücksichtigung, Erwägung, Berechnung einer Sache): hex. 31 A ἀποιος οὐσα (ἡ ὑλη) τῷ διαντῆς λόγῳ (quae sui ipsius respectu qualitate carere putanda est, i. e. „an und für sich“ eigenschaftlos ist; minus accurate in ed. Maur. vertitur: ex sua ipsius conditione), 21 A ζητεῖν τινα φύσιν ἀποιον ὑπάρχονσαν τῷ διαντῆς λόγῳ, 76 C καλὸν τὸ τῷ λόγῳ τῆς τέχνης ἐκτελεσθέν (recte interpres: ad artis rationem perfectum), ep. 904 A εἰ καὶ πλεύστον ἀλλήλων διωρίσμεθα ταῖς οἰκήσεσιν, ἀλλὰ τῷ γε λόγῳ τῆς συναφείας ἐγγὺς ἀλλήλων ἐσμέν (in Hinsicht auf, in Anbetracht)⁵⁾. σκοπῷ c. gen.:

1) Ep. 892 B Δούροις δὲ τῇ καίμῃ φθορὸν ἄνθρωπον διὰ κολακείας ἀδέον γυναιὸν ἔπειραν (sc. episcopum) vertitur in ed. Maur. „ut assententur mulierculae“; sed cum alibi consilium illa praepositione (sq. gen.) non declaretur et κολακείας accusativus pluralis possit intellegi, dubito an vertendum sit „propter adulaciones“ sive „quia adulata erat m.“ — Genitivi et accusativi post διά permutationem cassis atticistas superiores docet Schm. IV 627; semel eam inveniri ap. Heliod. testatur Fritsch 13.

2) Insolentius hom. 528 C δὲ καλλει μέγα φρονῶν et adul. 585 C μὴ τῷ κεντήσθαι (πλούτον) μᾶλλον φρονεῖν η τῷ εἰδέναι αὐτὸν εἰ διατίθεσθαι, quibuscum locis conferas ep. 601 B τὸ ἐφ' ἑαυτοῖς τῷ φρονεῖν οὐ ὁρίσθως ἀποτιθέμεθα.

3) An sic potius vertendum est: „a pecc. meis“? Nam ἀμαρτία more Paulino (Ro. 5, 21 et al.; cf. Gen. 4, 17) a Bas. plus semel tamquam persona accipitur: cf. complures locos supra (p. 20) allatos. Itemque dubites, utrum ad prosopopoeiam illam an hoc referendi sint hi loci: ps. 265 C ὁρῶν ὑπὸ ἀνάγκης ἄνδρα κατακαυπίσμενον... θετεύοντα, 388 C ὑπὸ γῆρως κατακαυπίσεις, 460 A ὑπὲρ ἀρρωστίας κατεψυγμένην.

4) Cf. praeterea sp. s. 189 B εἴδως (Μωνοῆς) ὑπό σοφίας et Eun. 596 B εἴ τι τῷτον ἐκ τῆς ἑαυτῶν σοφίας ἐπινοοῦσι.

5) In hom. I in ps. XIV., quam Garneius Basilii esse negavit, 253 A legitur: ἐκεῖ (sc. „in loco tabernaculi“ sive in coelo) ἡμᾶς καὶ η̄ πρὸς τοὺς πλησίους τῷ λόγῳ ἐκείνης τῆς ἐν τῷ ὅρει κατασκηνώσοντος φιλία κατασκηνοῦ, qui locus in ed. Maur. parum explanatur vertendo: „proximi amor, qui causa requiei illius exhibetur“, cum interpretandum sit: „qui respectu illius — exercetur“. Hanc significationem proxime accedere appetet ad finalem („zum Zwecke“), quam constat huic locutioni a posterioribus, in primis Byz., tributam esse pariter atque usitatori εἰς λόγον c. gen. (v. Soph. lex. s. v.; Gelzer. Leont.

ep. 857 A μηδὲ σκοπῷ οἰκείας ἀπολαύσεως πρὸς τὰς ἐνεργείας δρμῶσιν, 289 A οὐ δεῖ κατὰ ἀπόντεος ἀδελφοῦ λέγειν τι σκ. τοῦ διαβάλλειν αὐτόν („eo consilio ut“, idem valens atque τῷ σκοπεῖν τὸ¹⁾) sive κατὰ τὸν σκοπὸν c. gen. [ep. 649 A κ. τ. σκ. τῆς εὐαρεστήσεως τοῦ θεοῦ]; cf. 617 A ἐπὶ ποίῳ σκοπῷ; et Νέα Ἡμ. 23 Φεβρ. 1910 ἐπὶ τῷ σκοπῷ τοῦ ἀποτρέψαι τοιοῦτον κίνδυνον), 292 A δεῖ τὸν ἐλέγχοντα... σκοπῷ τοῦ ἐπιστρέψαι τὸν ἀμαρτάνοντα ἐλέγχειν. συγκρίσει c. gen. „im Vergleich mit“: hex. 145 C [ps. 492 B], ep. 588 B²⁾). — De dativo locum accusativi relationis obtinente supra exposuimus.

Tertiae dativi instrumentalis speciei, modi, fines ap. Atticos angusti (nunquam enim fere is adhibebatur nisi attributo addito aut certorum quorundam substantivorum in adverbiorum naturam versorum) ab atticistis prolati sunt (Schm. IV 616)³⁾. Ap. Bas. legitur a) sine attributo: δόλῳ hex. 153 B; ὄδῳ ep. 612 C (iam ap. Plat. et Aristot. i. q. καὶ ὄδόν sive planmässig, methodisch); σιωπῇ hom. 536 D, ep. 820 C. b) cum attributo: hex. 77 B καθαρῷ τῇ ψυχῇ, ps. 416 B ὥσπερ μᾶς ψυχῇ καὶ μᾶς φωνῇ 357 A πεγάλῃ διανοίᾳ καὶ γαύρῳ τῷ φρονήματι καὶ ἐπηρμένῳ, ib. C τεθολωμένῃ καρδίᾳ; hom. 497 B ἀτρόμῳ τῇ καρδίᾳ καὶ γαύρῳ τῷ φρονήματι..., ἀτρέπτῳ τῇ παρρησίᾳ, 368 C λελογισμένῳ θυμῷ (ira) καὶ σώφρονι; hex. 56 B ὄδῳ τινι καὶ τάξει; adul. 569 A πάσῃ φυλακῇ τηρητέον; ep. 292 A δοκιμασίᾳ τῶν προεστώτων ποιεῖν πάντα (approbantibus, permissu: potest etiam intellegi dativus causae), 515 B ἀληθινῇ καὶ γηνσίᾳ καρδίᾳ. — hex. 117 A γυμνῇ καθῆσθαι τῇ κεφαλῇ (cf. I Cor. 11, 5 ἀκατακαλύπτῳ τῇ κ., acta Pelagiae 4, 14 ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ), ps. 392 A γυμνῇ φωνῇ, μὴ συνηχοῦντος αὐτῇ τοῦ δογάνου, 357 B τεθολωμένῳ δρθαλμῷ, 428 A ἡπλωμέναις ἀγκάλαις, Eun. 668 B τοσούτῳ τάχει (sed ἐν τάχει: ep. 444 A, 489 D, 705 A; 573 B τῶν εἰς τάχος γραφόντων [Ar. Ach. 686 ἐς τ. παίει]); hom. 212 C ὀξυτάτῳ δρόμῳ, 445 C δρθαλμῷ ἀσελγεῖ, γέλωτι ἐκεχνημένῳ πρὸς ὄρχησιν ἐκμανεῖσαι, 512 B ἐλευθέρᾳ τῇ φωνῇ, 545 A τὸ τοῦ Δεσπότου τεῦμα περιμένειν ἐστᾶσι τοῖς δρθαλμοῖς; ep. 324 B πάσῃ δυνάμει, 597 D εὐμενεῖ τῷ δόματι, 817 B λάβρῳ τῷ ἀσθματι. — Ex praepositionum numero huic casui additarum aut substitutarum memoro has: εἰς, quae crebro adiungitur substantivis formam, speciem, simulationem indicantibus, velut εἶδει (Eun. 501 B ἐν ἀπολογίᾳς εἶδει, 512 ἐξηγήσεως, hom. 253 B εὐχῆς, 368 B ὡς ἐν φραμάκον εἶδει; Plat., Ael. [semel etiam sine ἐν], Philostr. [saepe, semel sine ἐν]; Hdn. 5, 5, 4 εἰς εἴδος τιάρας), πλάσματι (Eun. 501 C ἀπολογίᾳς), προσχήματι (Eun. 500 A χριστιανισμοῦ, ep. 397 A τοῦ ἀγαθοῦ, 772 B χριστιανοῦ, 932 A, 1008 B), σχήματι (ps. 261 B, 288 B; hom. 412 B ἐπιεικέας, 536 D; ep. 796 B, 920 A; cf. Schm. I 167, IV 59, praeterea Plut.: σχ. ξενίας⁴⁾); ὑπό, quam praepositionem dativo iungere cotidianus sermo mature desiit (Schm. II 248, III 291): ep. 237 C ὑ. μυριάσις εὐχαῖς ἐντραπέν, adul. 576 B ὑ. φωτὶ παρέπεμψε [hex. 156 C, 176 A, 181 C, 193 B ὑψ' ἐνὶ συνθήματι]⁵⁾;

p. 179; Callin. 127, 25 ὅτι ἀπαγαγόντες... λόγῳ θεραπείας). Εἰς λόγον sq. gen. ap. Aristidem plus semel significat „in Hin-sicht auf“ (Schm. II 182: „die Redensart ist nur aus Dem. de fals. leg. 142 nachgewiesen“), semel saltem ap. Bas. (hex. 21 A).

1) Cf. Krumbacher, Studien zu Romanos (1898) p. 236 (ad v. 686 carminis in Iosephum castum: ἔγέλων δὲ τὸν ἄρδα ἀγροὶς σκοπῷ): „σκοπῷ wohl = in Anbetracht, wegen, ähnlich wie λόγῳ mit Gen.“

2) Cf. Orig. comm. in Io. 321, 25 τῇ πρὸς τὰ ἀόρατα συγκρίσει (respondent verba praegressis ὡς πρὸς τὰ ἀντα) et Liv. 22, 8, 2 levem ex comparatione priorum iacturam. Communi autem sermoni usitatius videtur fuisse ἐν συγκρίσει sive sq. genetivo (Sept. Sap. 7, 8; Orig. comm. in Io. 322, 1) sive praepositione πρὸς c. acc. (quae posterior locutio etiam nunc viget).

3) Etiam in vulgari sermone posteriorum saeculorum nonnulla eius vestigia deprehenduntur, velut in N.To. παρρησίᾳ, χάριτι, al. (Bl. 120), ap. Pastor. Hermae σχήματι ποιειντῷ, Callin. πίστει, σχήματι βασιλικῷ, προφάσει.

4) His addere libet locutiones Latinis „loco, numero aliquius“ respondentes: ἐν μοίρᾳ (ep. 409 B ἐχθροῦ), ἐν τάξει (sp. s. 105 A προκαθήσθαι ἐν διδασκάλον τ.), ep. 628 A τὴν ἐν μητρός τ. θάλπειν διελλονσαρ [τητίους], 904 C), ἐν χώρᾳ (ep. 412 A, sp. s. 93 B).

5) Eandem praepositionem adicit dativo μάστιγοι: ep. 309 C ὑπὸ μάστιγοι τῷ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, 389 C, 500 D (a. l. ἐπὶ μ.), 657 B (a. l. ἐπὶ), 993 C [similiter ps. 485 B ὑπὸ θεατῇ καὶ ἀθλοθέτῃ τῷ Δεσπότῃ τῶν ὅλων, ep. 373 B ὑπὸ φιεστῇ καὶ διδασκάλῳ τῷ Κυρίῳ ουρήφθης, 761 B ὑπὸ ἐμοὶ διδασκάλῳ]. quemadmodum Philostr. Ap. 341, 3 et. Syn. ep. 671, 15, neque unquam absoluto dativo (ad Latinam normam) utitur sicut Luc. (Ἄριστοτέλει μάστιγοι: Schm. I 236) aut Plut. (μάστιγοι τῷ Ομήρῳ: Bernh. parall. 71).

μετά: saepe, velut hom. 556 A μ. σπουδῆς ἀποτρέχομεν (hodie usitatissima praepositio modum vel res comitantes significans: *μετά χαρᾶς*, *μὲτα βία(v)*, *μὲτην πρόφαστ*, *μὲτην φῶς*), *καὶ τὸ ίδιαν* ep. 256 B (pro *ἰδίᾳ*, ut in NTo. [Bl. 173], ap. Pol., Diod., Sext. Emp., hodie), *πρὸς ἀνάγκην* hex. 13 C. — Rerum comitantium mentione facta hoc adiungo, etiam ap. Bas. inveniri dativum pronominis *αὐτός* praepositione *σὺν* carentem (quam structuram a cotidiano sermone alienam, atticistis usitatam fuisse docet Schm. III 58, IV 60, 610; plura ap. Lobeck ad Phryn. p. 100): ep. 448 B *αὐταῖς γνωταιξι*; sed 481 A *οἱ λαοὶ σὺν γνωταιξι καὶ παιδίοις καὶ αὐτοῖς τοῖς πρεσβύταις... ἐν τῷ ὑπαίθρῳ τελοῦσι τὰς προσενχάς*¹⁾.

Restat, ut de eo dativo videamus, qui casus locativi, quem vocant, munus priscis temporibus susceperebat. Atque ad ipsum locum designandum nusquam Bas. simplici dativo utitur (ut olim poëtae [Kh. I 441], postea Pol., Phil., App., Xen. Eph., Eus. [h. e. 768, 17 θαλάττῃ ὄπτειν et al.], sed nunquam atticistae [Schm. IV 627])²⁾. — Temporali autem dativo B. persaepe utitur longeque plurimis locis congruenter mori Attico ad tempus declarandum certum ac definitum („Zeitpunkt, Datum“): hom. 165 C *τῷ ἔβδομῳ μηνὶ, τῇ δεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνός*; ep. 653 B *τῇ πέμπτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου*; hom. 265 B *ταύτῃ τῇ νυκτί*, similia passim³⁾. Antiquo exemplo (Andoc. 1, 137 *χειμῶνος ὥρᾳ πλεῦν*, ubi genetivus locum obtinet attributi dativo huic necessarii) comprobatur etiam hex. 69 B *ὥρᾳ Θέρους* et 157 C *χειμῶνος ὥρᾳ*. Paulum ab Attica consuetudine recedunt locutiones *τοῖς καθήκοντι χρόνοις* (Eun. 581 B, ep. 308 C, 1052 C) et *κατηροῖς ἰδίοις* (ep. 968 C, sumpta e I Tit. 6, 15). Attributo nunquam caret dativus, nam qui

1) In transitu memoro δὲ αὐτός similiaque (velut hex. 68 A *ἴσα*, sp. s. 216 C *τὰ ίσα*) saepe a Bas. dativo iungi. Quae igitur ep. 620 C leguntur permira: *καὶ τὴν βάνειν ἐκείνοις* et in ed. Maur. vertuntur: „eorum [patrum Nicaenorum] vestigia insistere“, si modo recte verba traduntur, sic explicanda duco, ut vel *ταῦτα* sive *ἴσα* excidisse statuamus vel Basilio locutionem ex orso Homericæ illi μετ' ἵγια βάνειν θεοῖο simile simul obversatam esse aliam a Demosth., Ps.-Longin., Aristid., Philostr., Paus. usurpatam *ἴσα* βάνειν τινὶ ideoque eum scripsisse ἐκείνοις pro ἐκείνον.

2) Hoc loco libet interponere, quatenus Bas. posteriorum consuetudinem *κίνησιν* et *στάσιν* confundendi (Schm. I 91, II 42, III 58, IV. 60; Hatzid. 210) secutus sit. Inveniuntur enim adverbia, praepositiones casusque per se respondentes interrogationi: 1. ubi? pro interrogatione quo?: ep. 603 A *ποῦ ἀπέκθων* (cf. Moeris p. 289: *ποῦ Ἀττικῶς ποῦ κοινόν*), 591 B *συνῆγασον ἐν τῇ συνόδῳ* [ps. 281 A *ἴσα ἐν τῷ θελήματι τοῦ φαλμοῦ δυνηθῶμεν γενέσθαι*, i. e. assequi, cf. Plat. γενέσθαι ἐν μεγάλῃ ἐξουσίᾳ, ἐν σκέψει]. Plura ap. Bas. exempla reperiri posse etsi non negaverim, tamen hoc constat, multo latius apud alias patuisse hanc permutationem; cf. Bttm. 62 et 283 et Bl. 62 de NTo., Melcher. 68 sqq. de Epict., Bonnenses editores de Callin. (locis 56 ἐν adiungente verbis movendi) et Marc. Diac., Scheftlein (p. 23) de Proc., Schm. I. l. de atticistis, Krumbacher Stud. z. Roman. p. 247. — 2. quo? pro interrogatione ubi?: ep. 644 A *ἥγετο ἡ ἐκεῖσε σύνοδος*, 940 C *ἥμητο ἀπήγγειλε καὶ τὰς γνώμας τῶν ἐκείσε ἀνδρῶν* (Ael., Hdn., Eus., acta Marinae, Theodor., al.), hom. 381 C *ἄζω τούτον* pro „hic“ (ex attractione quadam), 200 D et 413 C *ἔσω* (Phryn. 127: *ἔσω δὲ διατείβω, οὐκ ἔρεις, ἀλλ' ἔνδον διατείβω*; ceterum iam ap. Atticos *ἔσω* nonnumquam ἐπὶ στάσεως), ps. 268 A *τί ἔξητε παρὰ τὰς θύρας τὰς σάς*; (vel ap. Aristid. semel; cf. Antattic.: *παρὰ ἡμᾶς οἰκεῖ ἀντὶ τοῦ παρὰ ἡμῖν, Ἀλεξις Φιλαθηραῖψ*), frequentius ὅπλο c. acc. (hex. 144 A *οἱ καθεύδοντες* ὁ σελήνη [cf. Dem. 18, 270 *τὸν ὅπλο τοῦτον τὸν ἥλιον ἀνθρώπων*; Kh. I 525: „Erstreckung unter einem Gegenstande hin“; Philo: *τὰ δὲ τὴν σελήνην*]; ps. 385 C; hom. 432 B, 516 A, 592 D, 613 A; adul. 580 D, 584 A; sp. s. 196 C; ep. 305 B *τῆς ἁβύτοις ἐκτιλησίας*, 424 D, 429 B et C, 591 C, 592 C, 749 B, 788 A, 901 A, 996 C; item ap. Theophr., in NTo., ap. Luc., Aristid. [semel], Ael. [semel], Philostr., Callin., Byz., hodie). Sed *εἰς* praepositione, quae non solum saepe in V. et NTo. (Bl. 124), sed etiam ap. Diod., Luc., Ael., postea vero plurimis Callinici (viginta duobus), Proc., Byz. locis (cf. Iann. 1548) hodieque vulgo pro ἐν usurpatur, Bas. nusquam videtur sic abusus esse. — 3) unde? pro interrogatione ubi?: *ἀνωθεν* (hex. 109 B, hom. 217 A [ex attractione]), *αντόθεν* (ep. 460 C ex attractione, post *διατέματα*), *ἐγγύθεν* (hom. 520 A δὲ *εἶναι λοντρόν*), *ἐκατέρωθεν* (ps. 364 C), *ἐπιπροσθεν* (ib.), *ἐξωθεν* (ps. 364 C, hom. 416 C, sp. s. 76 A ἡ τῶν ἐ., i. e. paganorum [haec significatio iam I Tim. 3, 7], *παρατήσοις*, saepe al.; ceterum iam ap. Atticos i. q. *ἔξω*, ep. 636 B *γράμματα ἥλθεν ἐν τῇ μακρόθεν* (in NTo. saepe *ἀπὸ μακρόθεν*), hom. 201 D *πολλαχόθεν*. Cf. Bl. p. 62. [Similiter de tempore saepe *τὸ ἐξ ἀρχῆς* i. q. initio (ep. 924 A, 985 B), *οἱ ἐξάρχης* i. q. veteres ecclesiae doctores (ep. 672 B); cf. Callin. 119, 4 *τῇ ἔωθεν*, postridie.] Postremo memoro ps. 273 B legi: *περισσοτε πόθεν* (quo) φέγγη, cui loco similem non repperi nisi a. Christophori 74, 26 *ὅπισθεν ἔναντιν ἔδωκεν*. Cf. Bl. 62: „auf die Frage wohin? stehen diese Formen nicht.“

3) Diu manxit hic dativus in sermone communi: cf. NTo. (Bl. 121), a. Marinae 46, 22 *μηρὶ ιονίῳ ἐπιτακαιδεκάτῃ*, indic. ad act. app. apocr., Callin., Leont. (saec. VII.) *τῇ ἐπαύρου*; hodie autem ille scribitur tantum (e. gr. τῇ 10 Magistrorum, τῇ Κυριακῇ), cum sermo cotidianus uti soleat accusativo (*τῇν 11ην Αὐγούστουν*) aut praepositione (*τὸν ταῖς ἐνδεκα Αὐγούστουν*).

ps. 425 A legitur *πρωΐας* („mane“: ap. alios scriptores posteriores [velut Matth. 21, 18] *πρωΐας*, hodie *τὴν πρωΐαν*), adiectivum est subaudiendumque substantivum *ῳρά*, dativi autem mire copulati *ἥμέρα* καὶ *ἥμέρᾳ* („tagtäglich“: ps. 337 A et 389 C) verba sunt allata e Paulo (II Cor. 4, 16 ὁ ἔσωθεν [ἄνθρωπος] ἀνακαινοῦται ή. x. ή.), qui ipse eis hebraicam locutionem *בְּרִית מֹשֶׁה* reddidit. Atque etiam eo servat morem antiquum, quod nunquam alias substantivi dativum usurpat atque per se tempus significantis. Quod praepositionem *ἐν* adicit non solum ubi necessarium est, substantivis attributo carentibus, velut *ἐν* (*τῷ*) *θέρει* (hex. 193 C, hom. 285 B, al.), *ἐν* *χειμῶνι* (καὶ *ννυτί*: hex. 176 C), ἐ. *ἥμέρᾳ* (124 B), ἐ. *τῇ μεσημβρίᾳ* (184 A et al.), sed etiam interdum pronomini vel adiectivo vel genetivo iunctis (hex. 193 B, hom. 445 B; semper in locutionibus harum similibus: *ἐν τῇ ἥμέρᾳ τῆς ἀνταποδόσεως* [ep. 596 C, Eun. 652 C, al.], *μισθαποδοσίας* [ep. 613 B]), ne id quidem Attico usui repugnat. Recentioris consuetudinis praepositioni *εἰς* etiam hanc temporalem vim subieendi (Ev. Luc. 1, 20; 13, 9; Henoch I 1 *εἰς ἥμέραν ἀνάγκης*, hodie *εἰς ὅλιγον καιρόν* [brevi], *εἰς τὰς πέντε* [hora quinta]) nullum ap. Bas. vestigium est. Sed pravo mori dinturnitatem dativo significandi¹⁾ ipse quoque paucis locis obtemperavit: hex. 165 C *μακρῷ χρόνῳ ταμενσαμένη* (*χάρην λος*) *τὴν μῆνιν* (saep. ap. Polyaen.; Hermiae irris. 15: *τοσούτῳ χρόνῳ ταλαιπωρήσας*); hom. 172 B *τεσσαράκοντα ἥμέρας νηστείᾳ τὴν ψυχὴν ἀποκαθάρας* (paullo post recte *τρία ἔτη*), 520 A; ep. 797 A *εἴκουσιν ἔτεσιν ἀκοινώητος ἔσται τοῖς ἄγιασμασι*. Addita est praep. *ἐν*²⁾ compluribus locis epistularum CCXVIII et CLXXXVIII poenas canonicas qu. v. statuentium, quibus ob id ipsum sermo cotidianus conveniebat, velut 797 A *ἐν τέσσαρσιν ἔτεσι προσκλατεῖν ὀφεῖλει* (paullo post ambo casus iuxta ponuntur: *τρία δὲ ἔτη ἐν ἀκρωμένοις διατελέσει, τέσσαριν ὑποπίττων καὶ ἐνιαντῷ συσταθήσεται μόνον*), 673 A, B, C; paucisque aliis locis: hex. 5 B, 181 A (*ἐν καιρῷ aliquamdiu*; cf. *χρόνῳ τινὶ* ap. Xen. Eph. et *χρόνῳ* ap. Philostr.); hom. 320 B, 325 C; ep. 349 C, 900 B (*ἥμιν ἐν πολλῷ χρόνῳ πεπονηκόστι, iam diu laborantibus*; cf. Pass. Andr. 28, 26 *τέσσαρσιν ἥμέραις κρεμάμενος ξῖ*).

B. De adiectivo.

I. De genere.

1. **Neutrius** generis adiectiva cum articulo copulata ap. Bas. aliquoties collectivam vim habere substantivorum concretorum supra p. 5 ostendimus. Multo autem saepius idem huiusmodi adiectivis utitur ad significandas notiones abstractas³⁾, in primis qualitates, eorumque tantus est numerus, ut locis omnibus exscribendis spatium non sufficiat satisque habeam memorare, inveniri talia adiectiva (plerumque sequente genetivo) locis in hexaëmeron septuaginta septem⁴⁾ (velut 21 A *τὸ μέλαν, τὸ ψυχρόν, τὸ βαρύ, τὸ πυκνόν*,

1) Aliquotiens non solum in N.To. (Bl. 122), sed etiam, ap. atticistas (Luc., Arist., Ael., Philostr., Xen. Eph., nunquam tamen in Syn. epp.); nonnulla ex aliis ap. Schm. III 56. Quod autem frequentissimum hic usus est ap. Iosephum (Schmidt 382) et Euseb. (v. ind. Schwartzii s. v. Dativ), eo comprobari mihi videtur eorum opinio, qui Latino ablativo eum propagatum esse censem (cf. Tac. ann. 1, 53 quattuordecim annis exsilium toleravit).

2) Cf. Schm. IV 58: „Philo drückt die Dauer auch mit *ἐν* aus“.

3) Incohatus est hic usus a Thuc., dilatatus a philosophis Aristotele potissimum auctore (v. Bernh. 326). Itaque reperitur non raro ap. Pol., frequentissime ap. Phil., Ps.-Long., Ios., Plut., saepe ap. Appian. et Polyaen. Inter atticistas maxime eo delectabantur Ael. et Philostr., multo minus Aristid. (Schm. II 34, III 45, IV 41), mediocriter Syn. (Fritz 70). Neque vero prorsus deerat hic usus sermoni cotidiano, inveniatur enim et in titulis et in NTo. (ap. Paulum: Win. 209 sq., Bl. 157) et in actis sanctorum (Compern. 27; a. Andr. 28, 14 sqq.). Quin etiam saec. VI. viget ap. Theodor. (v. Theodos. 18, 20 et al.), VII. ap. Ioann. (v. Tych. 5, 17), XIV. ap. Io. Glycam (saepe *τὸ ἀκριβές = ἀκριβεῖα, praeterea τὸ εἰκός, τὸ εὐσεβές, sim.*). In hodierno sermone per pauca inveniri antiquitus tradita, ut *τὸ ἔλευθερον*, dicit Iannar. 1050a, sed satis multa leguntur in ephemeridibus, velut *τὸ ἀβάσιμον* (Grundlosigkeit), *τ. ἀβίστον* (Zwanglosigkeit), *τ. εὖκαιρος*, *τ. κινδυνώδες*, *τ. μάταιος*, *τ. μυστικόν* (Heimlichkeit), *τ. φιλειρημούν*.

4) Locos numero, non adiectiva, quae saepe plura singulis locis inveniuntur.

τὰς κατὰ γενσιν ἐννπαρχούσας αὐτῇ ποιότητας, 112 C πλεῖον σεαυτοῦ τὸ σπουδαιῶν ἐπίτεινον, 153 A πολὺ τὸ πανοῦργον καὶ ἐπίβοντον καταμαθάν, ib. C τὸ τοῦ πολύποδος δολερὸν καὶ ἐπίκλοπον, 165 C τὸ δέσνήκον τοῦ ζφον . . . τὸ δὲ τῶν καμῆλων μητίκακον καὶ διαφέρει πρὸς ὁργήν), in ps. sexaginta duobus (velut 212 C τὸ ἀγριαῖνον [feritatem] τῆς ψυχῆς, 357 B τοῦ διορατικοῦ τῆς ψυχῆς, 361 B πᾶσα ἀρετὴ τῷ ἔκονσιφ [libera voluntate] χαρακτηρίζεται, 377 B ἔξολοθρεῦσαι πᾶν τὸ μνημόσυνον [memoriam] τῆς πονηρίας, 397 A πολὺ τὸ ἀγωγὸν [a. l. ἐπαγωγὸν] καὶ πρὸς σωτηρίαν ὀλκὸν ἔχει τοῦ εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα, 441 D διὰ τὸ ἀβροδίαιτον [ut Thuc. 1, 6], 480 B τῷ αὐτεξονσίφ τῆς ψυχῆς [saepē ap. scriptores eccl. de libero hominis arbitrio, cf. Methodii librum περὶ τοῦ αὐτεξονσίου]; adiectiva hic leguntur omnino centum tria), in Eun. quadraginta duobus (velut 512 C τοὺς λόγοντος οὗ τὸ ἀκριβὲς εἶχον, 576 C τὸ εὐφημον [laus], 608 D τὸ ἀναισχυντον ἐκφέρων τὸν λόγον [cf. 624 A εἰς περιμανεστάτην ἀναισχυντίαν τὴν βλασφημίαν προσαγαγόντες], 644 B οὐχ ἔκονσιον ἔχονσα [sc. η οὐσία τοῦ Πατρός] τὸ ἀσύγκριτον [Unvergleichbarkeit], 661 B τοῦ μεγαλείου [maiestatis] τῆς φύσεως, ib. τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον τὸ στεφεῖον καὶ τὸ πάγιον τῆς ἀρετῆς παρέχεται); in adul. quattuor (588 A τῆς Ἀρχιλόχου ἀλώπεκος τὸ κερδαλέον τε καὶ ποικίλον), in sp. s. quinquaginta quinque (velut 89 B τὸ ἐν τοῖς λογισμοῖς ἀκόλουθον [Folgerichtigkeit], 184 C τὸ ἑδοσῖον [constantia] τῆς περὶ τὸ καλὸν διαθέσεως [cf. Pass. Andr. 28, 14 τὸ ἐ. τοῦ νοῦ], 213 B τὸ παραντίκα τῆς φιλοτιμίας τερπνόν [cf. II Cor. 4, 17 τὸ παραντίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν]; adiectiva hic numeravi septuaginta septem), in epp. innumerabilibus (velut 657 B ἀπὸ λόγου πολλοῦ τὸ αἰδέσιμον ἐπαγομένῳ [viro multa doctrina verecundiam moventi], 860 B τὸ γνήσιον ὑμῶν τῆς ἀγάπης [cf. II Cor. 8, 8], 897 B τὸ τυρων ἀμφίβολον [dubitatem]; ex centum epp. [CXL.—CXC. et CCXXX.—CCLXXX.] enotavi adiectiva septuaginta septem). Perpaucis locis adiectivo alterum vel participium attributi loco addit (ut iam Thuc. VI 34 τὸ ξύνηθες ἥσυχον et al.; de Aristide cf. Schm. II, 34; nunquam Syn. in epp.); hom. 169 A τὸ ἥδη παρὸν ὀχληρόν, sp. s. 100 A πρὸς τὸ ἡμέτερον ἀσθενὲς καταβῆναι, 213 B τὸ ἴδιον δυσμενές (cf. 212 D τὸ ἴδιως ὑποπτον), ep. 585 D τὸ παρὸν ἀλγεινὸν τῶν θλίψεων; aliquoties concursum adiectivorum evitavit constructione 'praedicativa, velut (praeter nonnullos eorum quos iam attuli locorum) sp. s. 177 A (ἡ πρόθεσις αὐτῇ) ἐναργὲς ἔχει τὸ χείσιμον = praepositio evidentem utilitatem habet, ep. 896 A ἀθάνατον ἔσχε τὸ ληπτόν. Rarissime omisit articulum: Eun. 608 A εἰς ἀτοπον (ad absurdum) τὸν λόγον ἐπάγειν, ep. 860 B σύμφωνον περὶ τὴν ἀγάπην, 872 B σοφὸν (sapientiam)¹⁾ καὶ δινατὸν (potentiam) καὶ ἀγαθὸν (bonitatem) καὶ πάντα αὐτοῦ τὰ ἀόρατα. — Pauciora sunt participia a Bas. tali modo substantivorum loco usurpata: a) praesentis: τὸ ἀπεμαῖνον (absurditas: sp. s. 89 B), τ. ἐλλεῖπον (τῆς δυνάμεως: hex. 153 B; cf. Thuc. 6, 69 τῷ ἐλλεῖπον τῆς ἐπιστήμης), τ. θορυβοῦν καὶ κυμαῖνον (τῶν λογισμῶν καταστέλλων: ps. 212 C), τ. θνητόν (ps. 212 C), τ. ἴδιάζον (= ὕδωμα, proprietas: hex. 181 B, sp. s. 149 B, ep. 824 B; etiam ap. Theodor. 29, 26), τ. ληπτόν (ep. 321 A), τ. πλεονάζον (hom. 193 D), τ. ποάζον (hex. 95 A), τ. ὑπερβάλλον (hex. 137 A, 204 C; ps. 420 D, 460 B; sp. s. 213 B; ep. 1016 B), τ. ὑπερέχον (sp. s. 92 B, 100 A, 165 D; cf. NT. Phil. 3, 8 τ. ἡ τῆς γνώσεως), τ. φλεγμαῖνον (τῆς ψυχῆς = tumor: ep. 1013 B). b) perfecti: τ. ἀπεξενωμένον (sp. s. 189 A), τ. ἀπεσχισμένον (hex. 181 B), τ. ἀπηγορευμένον (ep. 677 A), τ. βεβηκός (καὶ εὐσταθὲς τῆς ψυχῆς: ps. 357 A), τ. διηρμένον (ps. 300 B, a. l. διηρημένον), τ. ἡνωμένον (ps. 297 B), τ. καταβεβλημένον (ep. 649 B), τ. κεκρυμμένον (Eun. 613 B ἐν βίβλῳ πολὺ τ. κ. τῆς διανοίας ἔχοντος), τ. παρηλλαγμένον (Eun. 628 C, sp. s. 73 B), τ. περιεσκεμμένον (Eun. 557 C), τ. πεφυλαγμένον (ep. 649 A), τ. σεσοφισμένον (hex. 57 C), τ. συμπεπτωκός (τῆς ψυχῆς: ps. 317 C), τ. τεθορυβημένον (ps. 320 A)²⁾.

1) Cf. Ar. Lys. 546 ἔνι δὲ θράσος, ἔνι δὲ σοφόν. E Platone similia affert Kh. I 608, ex Aristide Schm. I. l. unum locum (παντὸς δυοκόλου χωρίς).

2) Cf. Greg. Cor. p. 138: Ἀττικόν ἔστι καὶ τὸ χρῆσθαι ταῖς μετοχαῖς ἀντὶ ὄνομάτων. Ex Aristide aliquot perfecta, ex Ael. unum τὸ ὑπερβάλλον duoque perfecta, e Philostr. plura praesentia participiorum affert Schm. II 53 sq., IV 41 sq., e Syn. nonnulla praesentia Fritz 109. Multo liberius frequentiusque talibus partic. usi sunt Ios. (G. Schmidt 364 s.) et Plut. (Weissenb. 27, Bernh. 327).

Praedicativi adiectivi more Attico Bas. adhibet genus neutrum, quamquam subiectum est masculini aut feminini generis, in hex. ad declarandas herbarum et bestiarum qualitates (aliquoties iuxta alia adiectiva cum genere subiecti congruentia): 116 B *δειφυλλον ή φοίνιξ*, 172 C *γαῦρον δὲ ἀλεκτρωνάν* (cf. App. 31, 9 *γαῦρον δὲ τενιχηκός*) et *φιλόκαλον δὲ ταύτης, λάγνον αἱ περιστεραὶ... δολερὸν δὲ πέρδιξ*, 181 A *ἄγριππον δὲ ἄλδαν*, 192 C *δολερὸν δὲ ἀλώπηξ, δειλὸν δὲ ἔλαφος, δὲ μύρμηξ φιλόπονος, εὐχάριστον δὲ κύων*, 192 C *φαγδαῖον δὲ πάρδαλις*; alibi ad definiendas notiones abstractas: ps. 433 D; hom. 196 D, 361 B *πονηρὸν δὲ ὕβρις*; adul. 572 D *μόνη δὲ κτημάτων δὲ φρεστὴ ἀναγαίρετον* (de genere adiectivi *μόνη* cum subiecto, non cum genetivo partitivo congruente v. quae Kh. I 63 de superlativis docet); sp. s. 213 D; ep. 864 C, 884 B *κοινὸν δὲ θεότης, ἴδιον δὲ πατρότης*; praeterea ps. 293 B *ἡ κέδρος ποτὲ ὡς μόνιμον καὶ σύπειρις βέλτιον καὶ εὐώδεις ἐπαινεῖται*, [ps. 449 B verba e Sept. prov. 20, 6 allata], ep. 224 A. Atticistas hanc structuram imitatos esse probat Schm. I 248, II 66, III 94, IV 104 (ubi Philoni quoque eam usitatam fuisse annotat); in Methodii sympos. invenitur ter (p. 10; 221; 224 ed. Jahn), in Synesii epp. duodecies. Quae e NTo. Bttm. § 129, 4 affert, hue non pertinent (Bl. 79). Ceterum ne a vulgari quidem sermone antiquioribus saltem temporibus hunc usum prorsus alienum fuisse inde colligas, quod ap. Teletem Cynicum ter invenitur. Bis Bas. addidit (ut iam Attici) *τι*: hex. 16 C, 145 B (hodie saepius *καὶ τι*), bis illud substantivum, quod ut nonnunquam antiquitus (Kh. I 60) ita plerumque hodie adicitur: ep. 593 C *ἄλλ' δὲ πόθος πρᾶγμα βίαιον*, 661 A *στυγυνοποιὸν πρᾶγμα δὲ δραγανία*.

2. Feminini generis adiectiva aliquot ab Atticis pro substantivis per ellipsis noti alicuius substantivi usurpata esse nemo ignorat (Kh. I 266 sq.). Mansit hic usus in communi sermone posteriorum saeculorum atque adeo latius manavit (de NTo. v. Bl. 141 sq., de Philostr. Schm. IV 106 sq.). Ap. Bas. sic omissa sunt substantiva *γῆ* (*χώρα*); *ἡ βάρβαρος* (ep. 221 A, 640 A; iam Thuc. et Xen.), *ἡ γετων* (ep. 669 B), *ἡ ἐνεγκοῦσσα* (patria: ps. 252 B, ep. 640 A), *ἡ ἔφα* (sp. s. 208 B *ἐπὶ τῆς ἐ.* = in oriente), *ἡ θρεψαμένη* (patria: ep. 629 B; item ap. Lycurg. c. L. 85 et Theodor. 6, 16; activum ap. Pol. et al.), *ἡ οἰκουμένη* (ep. 221 B *ἔσχατον τῆς καὶ θ' ἡμᾶς οἰκουμένης χωρίον*, 272 C), imprimis saepe *ἡ ἡμετέρα* (ep. 596 C, 628 D, 885 B, al.) *ἡ ἡμετέρα* (ep. 284 D), sim. [cf. etiam *ἡ ὑψ' ἡλιοφ* hom. 352 D et 429 C]. — *ἡ μέρα*: *ἡ προτεραία* et sim. [*ἡ αὔριον* et *ἡ σήμερον* hom. 437 C, *ἡ ἐξῆς* ps. 281 A]. — *μερικά*: *ἐξ ἡμετέρας* (Eun. 581 C). — *δόξα*: v. supra p. 12. — *τέχναι*: sp. s. 176 C *ψυχραῖς γραμματικαῖς* (sc. Theorien, Regeln) *τις... τὸν μὲν σίνδεσμον... προτυμᾶν*¹⁾.

II. De gradibus comparationis.

1. De comparativo.

Augetur vis comparativi ut ap. Atticos (et in NTo.) vocula *καὶ*: hex. 57 A, 157 A; ps. 353 A; sp. s. 180 A; al. Quod autem raro Attici (Kh. I 26), saepius posteri (semel Tel., bis tit. Prier., quater Appian., ter NT., crebro Eus., aliquoties etiam atticistae excepto uno Aristide, quater Syn.) fecerunt, ut e consuetudine sermonis vulgaris omnino eiusmodi abundantia delectantis (cf. Plaut.: „magis mollior“) comparativo adderent adverbium comparativum, Bas. solis his locis admisit: hex. 44 A *δὲ καὶ μᾶλλον ἀληθέστερόν ἔστι*; Eun. 560 B *μᾶλλον οἰκειότερον*, 632 A *πλέον²⁾ ἀδυνατώτερον*.

1) Solus articulus *ἡ* est positus omissumque substantivum *συλλαβὴ* sp. s. 176 C *εἰ ἀντὶ τῆς καὶ τῇ σὺν ἐθελήσαμεν* *χοήσασθαι* et 188 A *περὶ τῆς σύν* (alibi adicitur a Bas. *συλλ.*). Quod autem substantivum est intellegendum hom. 525 D *ὑπερβάλλοντες τὴν ἀνθρώπειον φύσιν μάνον τὴν οὐκ ἐπὶ τεφελῶν ἰδοῦσθαι νομίζονται*, quae verba in quattuor veteribus codd. legi Garneius testatur? Quod idem dicit, supplendum esse *ἴαντων φύσιν*, nihil est, cum vox opposita *ἴαντῶν* certe non potuerit omitti. Facilius intelligi posse existimo *ἴδοται*, cui cognata vox *προεδοίᾳ* paulo ante usurpata est. Hyperbaton autem cum vix ferendum sit, dubito an recte olim ed. Paris. deleverit articulum, qui paulo ante positus facile per errorem librarii potuit iterari. — Bis tervē omissa inveni substantiva generis neutrius: ep. 204 C *ἐν τῷ πέμπτῳ* (sc. *βιβλίῳ*), 616 B *τῶν Ἀρμενιανῶν* (sc. *δρῶν*), [adul. 581 D *ἴαντλησαί οφιοι τὸ Δόριον*, sc. *μέλος*?].

2) Hoc adverbium ad gradum indicandum posterioribus demum saeculis usurpari coeptum est (Schm. II 143).

Propositivo comparativus adhibitus videtur hom. 200 C διάλιστα ἡμῶν οὐδε (sc. deus) πρὸς ἀμαρτίαν διασθησότερον, τοῦτο ἵσχυροτέρας προκατελάβετο φυλακαῖς (coll. sententia priore, §b. B: ὁ μάλιστα προκείως ἔξαμαρτάνομεν). Sed cum sic liceat vertere: „im höchsten Grade (ganz besonders) geneigter“, sc. quam ceterae partes (cf. Thuc. IV 55, 3 μάλιστα δὴ ὀκνηρότεροι ἐγένοντο [sc. als sie ohnehin waren] et Goethii illud: „höchstschöner“ [Ziemer, junggrammat. Streifzüge, p. 149]), vim comparativi propriam esse imminutam sicuti nonnunquam ap. posteriores (cf. I Tim. 3, 14 ἐλπίζων ἐλθεῖν πρὸς σε τάχιον [Vulg.: cito, a. l. ἐν τάχει] eandemque vocem act. Maritae 33, 13; Herm. V. III 10, 3 λίαν προσβντέρα; Attic.: νεώτερος ἀντὶ τοῦ νέος Θουκυδίδης), illic non magis opus fuerit conicere quam hoc loco, ubi comparativus excipit positivum: ep. 644 B τοῖς ἀκρατέστι καὶ τὴν γλώσσαν ἐποιμοτέροις (i. e. iusto promptioribus). — Rursus pro comparativo positivus videtur usurpatus esse tribus locis. Quorum primus, hom. 200 A ὁ ἄδιον ἐπάστῳ ἡμῶν πολυπραγμονεῦν τὰ ἀλλότρια ἢ τὰ οἰκεῖα ἔστι τὸ διασκέπτεσθαι, nihil habet miri, si modo reputes principalem vim particulae ἢ fuisse disiunctivam (= καὶ οὐ, ἀλλ’ οὐ; v. O. Schwab, Syntax der Komparation I 96 et 98¹) conferasque hos locos, quorum similes etiam ap. Atticos exstant (Kh. II 303): hex. 5 A εἶλετο συγκακονχεῖσθαι . . . ἢ et ep. 376 C συνέργειαν αὐτῷ εἰ . . . ἢ ὅτι ἐσκανδάλισε τὴν παρθένον. Ceteris locis: hom. 608 A πολλῷ δύπον εἴκοσι et ep. 977 B ὅσον μακρὰν αὐτῶν ἀπόφισμένοι τυγχάνετε, τοσούτῳ πλέον κτλ., ideo videtur Bas. positivum praetulisse, quod vocabulorum illorum comparativus posteriore aetate multo minus usitatus erat visque comparativa casibus mensuram declarantibus (in altero loco praeterea respondente comparativo) satis cognosci potuit. — Pro superlativo positus legitur in ed. Maur. ep. 917 C καὶ τὸ πάντων ἀληθέστερον, sed cum nusquam alibi a Bas. sic usurpetur, superlativum e codd. Med., Coisl. II., Reg. II. recipiendum censeo.

Cum genetivo reflexivi comparativus more Atticorum imitatorumque eorum (cf. Schm. IV 613, etiam Plut. [Weissenb. p. 8]), coniungitur hex. 184 A ἐν τῇ μεσημβρίᾳ ἔστι τῶν εἰσιν φδικώτεροι (οἱ τέττυες); ps. 328 B; ep. 493 B, 664 B, 705 B, 889 B, 893 B.

Adiectivorum eorum, quorum vis ac natura gradationi videtur repugnare, hos comparativos repperi: θειότερος (ps. 240 A ἀκρόστιν λόγων θειοτέρων et ep. 1012 B [τὴν ψυχὴν] ἐξ θειοτέρων ἔχων ήκεν, sc. quam a parentibus) et περισσότερος (hom. 281 B, 292 A, 432 A, 461 A, 532 A; adul. 585 A τὸ γὰρ τῆς χρείας περιττότερον; ps. 444 A περισσοτέρως; al.). Sed uterque comparativus antiquitus usurpatus est, ille ab Herod. (1, 122 θειοτέρως) saepiusque a Plat., hie a Plat., Isocr., posterioribus (Ael. NA., 4, 4; saepius in N.To.)².

2. De superlativo.

Aetate Atticam subsecuta sermonem cotidianum magis magisque desuisse pluralitatem et dualitatem internoscere ut aliis in rebus maximeque in iactura numeri dualis cernitur, ita in his gradibus com-

Saepe eo sic uti Gregorium Naz. dicit Xav. Hürth (p. 80). Hodie frequentatur loco comparativi (πλέον [sive πιὸ] εἰνε ἀνδρεῖος) itemque interdum adicitur comparativo (πλέον εὑμορφότερος; cf. Νέα Ἡμ. 18 Φεβρ. 1910: τοσοῦτο μᾶλλον προθυμότερον καθ’ ὅσον).

1) Adiectivi positivus particulam ἢ antecedens unus ex antiquioribus (Herod. IX 26, 37 δίκαιοι . . . ἢ) afferri potest, plures e recentioribus (Menand., Aristot., Diod., Plut., NT., in primis e LXX non raro sic redditibus hebraeam structuram positivi cum γν̄; cf. etiam Plant. rud. 4, 4, 70 „tacita bona est mulier semper quam loquens“. — Praepositione παρά e. acc. Bas. nunquam, ni fallor, post positivum gradum adiectivi ad circumscribendum comparativum utitur (quemadmodum Philostr. Ap. 3, 19 παρὰ πάντας ἀγανὸς μέγας, Syn. quater, frequenter LXX [= γν̄]), sed post ἀλλος et ἔτερος interdum (ps. 425 C, 493 B, al.) ut iam Attici (Kh. I 515). Post comparativum autem loco particulæ ἢ illam praepositionem adhibet ps. 240 B βαρντέρας παρὰ τὸν ἔτερον . . . τυμωρὰς ἀξιωθήσεται, cuius usus primordia ap. Atticos cernuntur (O. Schwab II 152 sq.), incrementa ap. posteriores (de NTo. v. Bl. 110, de actis ss. et Byz. v. Iann. 1615); hodie aut haec praepositio aut ἀπό comparativum sequi solet: εἰνε μηρότερος παρὰ οἱ ἄλλοι sive ἀπὸ τοὺς ἄλλους.

2) Falso igitur in hoc comparativo offendit Lothholz in annot. ad or. ad adul. p. 108. Hodie tritissima est vox περισσοτέρος idemque valet atque olim πλέον.

parationis, quorum alterutro supersederi posse visum est. Mais autem horum damnum fecit superlativus, cuius in locum ἡ συνήθεια Romanae certe aetatis plerumque comparativum substituit (de N.To. v. Bl. 34 sqq.). Postremo res eo deducta est, ut is superlativus, quem elativum sive absolutum vocant, perraro usurparetur, relativus autem omnino nunquam; atque ita hodie v. c. „valde pulcher“ significatur vocibus πολλὰ (πολὺ) ὀρατός, rarius elativo ὀρατότατος, relativi autem loco semper dicitur ὁ ὀρατότερος (cf. in italicica lingua: „molto bello“ sive „bellissimo“, sed „il più bello“). At ap. Bas imminutionis superlativi nullum indicium reperitur. Nam neque positivum usquam in eius locum substituit (ut Matth. 22, 36 ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ; Lucian. bis post ὅτι et ὡς οἶόν τε, Ael. semel post οἶος Philostr. semel post οἶόν τε) neque — excepta dubia lectione de qua supra p. 27 diximus — comparativum (cf. Bl. 143 sq.; Reinhold 60; Iann. 514; Schm. I 238, III 62, IV 62), neque rursus superlativum ponit pro positivo (ut bis Ael. post οὐτως [Schm. III 60], saepe auctores apocryphorum [Reinh. 59] frequenter ullo alio Agathias [Reffel 15 sq.]) aut pro comparativo (ut Io. 1, 15 πρωτός μου; Aëtii placita V, 4, 3, οὐχ ἡμιστα e. gen.; Method. symp. 11 [Jahn]; Io. Glyc. 2, 3 πρωτος e. gen.; cf. Bernh. 439). Qui autem hom. 528 B legitur superlativus: ὁ δὲ δοκεῖ τῶν ἀλλων... καλῶν μέγιστον εἶναι καὶ βεβαιότερον, ex imitatione Homeri Atticorumque profectus est (ut similia ap. atticistas: Schm. I 196, 238; II 45; III 61; IV 62; cf. Kh. I 23).

Similiter antiquam locutionem (ab Herod. institutam, semel a Plat. saepius a Plut. et Arr. nonnumquam ab Aristid., Ael. Philostr. usurpatam) repetit genetivum reflexivi superlativo subiungens: hex. 125 Α ὅταν ἔαντης τελειοτάτη τυχάνη (sc. σελήνη), 136 B; ps. 461 B.

Augetur vis superlativi sicut ap. antiquos¹⁾ particulis χατ (crebro χ. μάλιστα „vel maxime“, velut ep. 304 D) et ὅτι²⁾ (adul. 568 C ὅτι μάλιστα [πειρᾶσθαι], eaedem voces hom. 401 A et 549 C et hex. 60 B; ep. 221 A συμπροϊέναι εἰς ὅτι μήιστον). Quae cetera ex atticistis Schm. III 61 et al. affert, velut ἐν τοῖς, ὡς ὅτι, δειτῶς, μάλιστα [saepe ap. Euseb.], πάντα, λίαν³⁾ ea non inveni ap. Bas. Vocabulae tamen ὡς et οἶον fortasse me fugerunt, cum ad eas ut antiquitus tritissimas non ab initio attenderim.

Adiectivorum, quae gradationis videntur impatientia, superlativos usurpat μεσαιτατος (hex. 196 A) et τὸ ἀνδρότατον (hex. 141 C; hom. 464 C; sp. s. 109 C). Horum ille iam ap. Herod. (4, 17), postea ap. Luc. et Ael., hic in Iliade 5, 754 et 22, 171 (= supremus) et ap. Plat. (= praestantissimus) invenitur. Evitat autem eos, qui a Phryn. reprehenduntur p. 69: Τελενταιότατον λέγειν ἀμάρτημα... Κορυφαιότατον ἐνεκαλυψάμην εἰδὼν παρὰ Φαβωδόνῳ et p. 135: ἔσχατον χρὴ λέγειν οὐχὶ ἔσχατοτάτον. — Omnino igitur licet cognosci Basilium in gradatione saniore iudicio usum esse quam plerosque posteriorum ac ne tantum quidem licentiae sibi sumpsisse quantum nonnullos atticistas superiores.

C. De articulo et pronomine.

I. De articulo.

Pronominis demonstrativi loco Bas. articulum more Attico non usurpat nisi ante relativam: hex. 25 D διελύθη εἰς τὰ ἐξ ὃν συνετέθη (ubi enuntiatum relativum vicem nominis obtinet); ps. 295 Α τοῦ πρὸς ὄν; Eun. 524 A εἰς τὰ ἐξ ὃν σύγκειται διελύσων; hom. 221 A οὐ τὸν τυχόντα, ἀλλὰ τὸν οἷος αὐτὸς ἦν; sp. s. 68 A τῶν ὅσα, 76 B τῶν ὃν, 96 C ἐκ τῶν ὅσα; ep. 261 B οὐδὲν τῶν κτισμάτων τὰ

1) Non in NTo.; cf. Bttm. § 123, 12: „Die bei Griechen üblichen Verstärkungen des Superl. finden sich im NT. nicht“, praeter Act. 17, 25 ὡς τάχιστα.

2) Schm. IV 610: „Die Superlativsteigerung durch ὅτι statt ὡς ist nach Priscian .. Attizismus“.

3) Hae duae particulae frequenter addebat in sermone vulgari; e Greg. Naz. X. Hürth p. 81 affert: πάντα δῆστον et λίαν τελεοτάτη.

super-N.To.
ocant,
ficiatur
τερος
ionis
it (ut
οιος,
tivum
ponit
quen-
dilacita
Qui
τερον,
II 61;
Arr.,
gens:
ime*,
C et
affert,
oculae
lerim.
(hex.
, 17),
imus)
ια...
ατον.
osque
iva:
.95 A
οιος
ν τὰ
NT.
βησιον

ὅσα βούλεται δύναται (ex Herod. et Plat. exempla affert Kh. I 583, ex atticistis Schm. I 93, II 46, III 63, IV 63, quibus addi possunt similia e Pol., Phil. [plurima], Ios., Ps.-Long., doxographis, Ps.-Plut., Eus., Syn., Byz. [Iann. 1219], hodierno sermone [*Nέα Ήμ. 4 Μαρτ. 1910: ἵστορήσας τὰ ὅσα ἤκουσεν*]) aut particula quasi fultum: *τὸ μὲν — τὸ δέ* (hex. 29 B; hodie quoque), *τὰ μὲν — τὰ δέ* (hom. 512 C, 541 D), *ὁ μέν οὗ — ὁ δέ τις* (hom. 477 A), *τὸ μέν οὗ — τὸ δέ τι* (ep. 276 B; cf. Kh. I 585). Aliis particulis (ut Aristid. et Ael.: *τὰ καὶ τὰ* [hodie quoque], *πρὸς τὸν ἥ πρὸς τὸν*) articulum non magis iungit quam Philostr. neque nudum ponit quemadmodum poëtae antiqui (in primis epicis) atque Byzantina aetate v. c. Io. Glyc. 43, 10 *σὴν χάριν ἐποίησα τό.* — Altera articuli (sive demonstrativi) forma ὅς (Kr. 50, 1, 5) abstinuit Bas., ut neque Atticorum propriae locutiones *καὶ ὅς, ἥ δ' ὅς* [Ael., Philostr.; non in NTo.] neque inferiore aetate solemnes ὅς (ἄ) *μὲν — ὅς (ἄ) δὲ* [Tel., Pol., Aēt., Ps.-Plut., App., Polyaen., NT., Hippol. philos. VI 3, act. Mariana, Callin., al.] apud eum reperiantur.

Enuntiato articulum praeponendi consuetudo, ut in formam substantivi illud redactum videatur, ap. Bas. non tam late patet quam ap. alios multos recentiorum. Nam praeter relativas sententias, quas modo memoravimus, illum ponit ante verba alterius allata, ut ps. 281 C *προσκείμενον εὔρομεν τὸ* Ἐνέγκατε κτλ.; 484 C *οὐ παντός ἔστιν εἰπεῖν τὸ, Ἡγάπησα* [sic etiam in NTo.]; ep. 741 B, et ante coniunctionem ὅτι: ep. 589 C *πρὸς δὲ τὸ, ὅτι . . . εἰδέναι βούλομαι τὴν θεοσέβειάν σου ὅτι κτλ.*, 713 C; 836 B *περὶ μὲν οὖν τοῦ, ὅτι* [hodie quoque sic]; 872 B; nunquam autem ante interrogativam tam abundanter quam Jos. Ant. XX 28 *ἐπὶ περὶ τοῦ τί φρονοῖεν*; Ev. Luc. 9, 46 *εἰσῆλθεν διαλογισμός, τὸ τίς ἀν εἴη;* martyr. Pelagiae 20, 32 *οὐκονόμησον τὸ τί γένηται* (hodieque ἄκουσε τὸ τί μου εἶπε), neque ante sententiam temporalem ut Aristid. III 34, 38 *εἰς τὸ ἐπειδὴν αὐτῷ καθήκη* aut finalem ut Jos. Ant. XX 7 *φόβῳ τοῦ μὴ . . . ἀναγκάσῃ.*

In articulo vel adiendo vel omittendo omnino neglegentiam iam I. p. Chr. n. saec. invaluisse Schm. III 64 dicit. Huius ut ap. atticistas priores ita ap. Bas. vestigia reperiuntur, multo tamen — si multitudinem librorum eius respicias — pauciora quam ap. scriptores NTi., Appianum (Kratt p. 19 sqq.), Euseb. aliasque multos. Per pleonasmum positi articuli exempla e pluribus haec profero: a) ep. 681 B *ὁ δὲ τὸν ἀκούσαν ποιήσας φόνον,* (589 C *ὑπὸ ἀρρωστίας κατεσχέθην τῆς*¹⁾ *μέχοις αὐτῶν με τῶν πνηλῶν τοῦ θανάτου καταγαγούσης*), 616 B *αἱ τῶν Ἀρμενιακῶν αἱ ὑπερβάσεις,* 672 B *ἀκολουθησάντων τῶν* *εἰς ἀρχῆς τῷ νόμῳ ἐκείνῳ τῷ Οὐ* (sequuntur verba e V. To. allata); b) iuxta pronomina α) relativa: *τὸ* *ὅσον ἐφ' ἔαντῷ* („quantum in se est“: ps. 308 B et 357 B, sed 968 C *ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς*), *καθ' ὃ τὸ* *σημανόμενον* („in diesem [schlimmen] Sinne“: 293 C); cf. duo e Syn. exempla ap. Fritz 87. β) interrogativa: *ποῖος* (ep. 932 B *τῆς ποτας εἰσὶ μερίδος* [item Dem. 18, 64 τ. π. μ. γενέσθαι]; Eun. 620 C; sp. s. 169 A; similia ex Atticis affert Kh. I 625 sq., e Syn. Fritz 87; hodie ὁ ποῖος et τὸ τι), *τίς* (sp. s. 209 A; ep. 956 A *τίνα τὴν λύσιν ἔχει;* cf. hodiernam dictionem τί τὸ πρακτέον). γ) indefinita: aa) ep. 325 B *τὴν κοινὴν φύσιν διὰ τοῦ ὀνόματος* [ἀνθρωπος] *δειξας οὐ περέγραψε τῇ φωνῇ τὸν τινὰ* *ἀνθρωπον* (unum aliquem, das Individuum: sic ap. Aristot. categ. 2, 2, 5, 1; cf. Bernh. 441), 328 B *ἐν τῷ τινὶ πράγματι;* bb) post τις ante participium, ut aut illud *παρέλκειν* videatur, cum ipse articulus significet „einer, ein solcher, der“, aut articulus, et quidem ante praes.: ep. 968 C *εἰναι τινας παρ'* *ἵμην τοὺς λύοντας,* 629 B, 861 C; ante fut.: ep. 457 C et 997 C *τινὰ τὸν* (post ἐκπέμψαι), 901 B *τινὰ* *τοὺς* (post ἀποτεῖλαι); cf. ep. 893 A, ubi *τοὺς* sine *τινὰς* et 901 B, ubi *τινὸς* sine *τοῦ*, praeterea quae de simili in NTo. abundantia Bl. 248 memorat; ceterum Atticos locos affert Stahl 691 et 694, 1. c) post numeralia non raro, velut ps. 220 A *τοῖα δὲ προέβαλεν* *ἵμην τὰ φυλακῆς ἄξια* (v. Kh. I 639). d) ante nomen praedicativum; ep. 441 C, 613 D, 864 A, quibus locis superlativo adiunctus repugnat consuetudini Atticae, cum congruat huic ep. 865 C *ἔστι δὲ ἡ αὐτοαλήθεια ὁ Θεὸς ἡμῶν* (v. Win.⁸

1) Cf. Schm. III 63: „Gern trägt Aelian den Artikel nach“ et IV 67.

p. 159 sqq. et Kh. I 592).¹⁾ — Deest articulus: a) ep. 868 Α ὁφθαλμοί, 420 Α ὅσσοις (cf. Win.⁸ p. 171 ann. 30: die Glieder des Leibes artikello; Plut.), 881 Α ἕως ποταμοῦ Αἰγύπτου (cf. Philostr. Ap. 204, 6 ποταμὸν δὲ Νεῖλον); praeterea cf. p. 5). b) ante substantivum, ex quo aptus est genitivus (v. Kh. I 607 sq. et Schm. IV 66): ep. 684 Α πάντα τὰ διαπορευόμενα τρίβοντος θαλασσῶν (item B, sed paulo post τὰς τῷ θ.). 669 Α οὐκέτι δυνάμενοι χάροιν Πνεύματος ἀγίου ἐτέροις παρέχειν, ἵς αὐτοὶ ἐκπεπτώκαστοι; Ο δοντεύειν ἀκριβεῖται κανόνων (duo articuli omissi: cf. Ael. VH. 118, 21 et Philostr. Ap. 170, 25 ἐς ὁγιόρων ἥθη); aliquoties ante substantivum subiunctum praepositioni exceptumque genitivo (v. Win.⁸ p. 164—166; Schm. I. 1.): 641 Α ἀπὸ καθαρᾶς καρδίας τοῦ ἀνθρώπου, 868 Α εἰς κατανόηστον τῶν ὄρατῶν, 904 Β εἰς ἐπίσκεψιν τῶν θλιβομένων. c) ep. 965 Β τὸ λογιστικὸν ἐν ἡμῖν οὐκ ἀνθήσει²⁾. d) ante participium vel adiectivum, quo genus, non unus aliquis significatur: ep. 672 Α φθείρασα (quae fetus corruptus) φόνον δίκην ὑπέχει (v. Kh. I 609; sed 893 D παρὰ τοῦ σαφέστατα ἐπισταμένον μαθεῖν), ps. 300 Β πᾶς δίκαιος. e) iuxta pronomina: a) personalia: hex. 136 Β ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν, hom. 553 Α τοὺς ἐν ὁφθαλμοῖς ἡμῶν (cf. quae modo ad idem subst. annotavimus); itemque possessiva: ep. 508 Β τῶν εἰς δύναμιν ἐμὴν ἤκοντων, 780 C γράμμασι σοῖς, ps. 269 Β ἐν ὁφθαλμοῖς σοῖς, imprimis ante ἡμέτερος: ep. 401 Β ἀνεν ἡμετέρας γνώμης, 409 Β, 648 C, 652 C, 861 Β, 924 Α, 948 C, 993 Β, 1009 C εἰς ἡ. χάροιν („mir zuliebe“; cf. Xen. Eph. 2, 9 εἰς σὴν χάρων), semel ante ὑμέτερος: ep. 760 C; praeterea ter ante αὐτοῦ: ps. 417 Α οὐκ ἐπὶ συμφέροντι πολλάκις αὐτῶν, 469 Β εἰς ὁδέλειαν αὐτοῦ, hom. 352 Α φύσις δὲ αὐτοῦ ἀσύμματος; pluribus locis ante reflexivum: ps. 400 C εἰς τελεώσιν ἔαντοι, hom. 265 Β, 496 Α, 537 C; ep. 721 Α, 232 C, 845 Β. β) Eun. 633 Β οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνο ισχυρὸν ἐρεῖς ὅτι (aliquoties caret demonstrativum articulo ap. Philostr. [Schm. IV 65] et Syn. [Fritz 88]).³⁾

Consuetudinis Atticae adiectivo articulum postponendi, ut collocatio illa praedicativa efficiatur, tam multa ap. Bas. exempla occurrant, ut enumerare omnia supersedeam tantumque memorem imprimis saepe eum sic collocasse post adiectiva πολὺς, μακρός, μέγας, ὀλίγος, μικρός, vel iuxta verba ἔχειν, λαμβάνειν, ποιεῖν, sim. (cf. p. 25). Quod autem ad significationem attinet, plerumque articulus nobis quidem videtur abundare, velut hom. 205 Α πολλῆς σοι χρεῖα τῆς⁴⁾ ἐξομολογήσεως, δακρύων πικρῶν, συντόνον τῆς ἀγρυπνίας; ep. 868 D τοῦτο δε σόφισμά ἐστι μνήμας τὰς ἀτοπίας ἔχον, 885 Α μεγάλους ἐπὶ τῇ ὑπομονῇ τοὺς στεφάνους ἀναμένοντες, 961 C μακροτέραν δοῦναι τὴν τιμωρίαν (similiter hom. 404 C et adul. 580 D), 597 D τὸ εὐμενεῖ αὐτὸν προσβλέψαι τῷ ὅμματί σε (similia huius dativi exempla v. supra p. 22), ps. 484 Β οὐκ ὀλίγῳ πρὸς ὑμᾶς διειργομένην (sc. ἐκκλησίαν) τῷ διαστήματι; raro necessarius est, velut ep. 969 Α ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν. In atticismis a Schm. IV 613 numeratur „der prädiktative Ausdruck anstatt des attributiven“ exemplaque proferuntur III 63 ex Ael. tria (item adiectiva μακρός et πολὺς exhibentia), IV 67 e Philostr. septendecim (in his ἐν ἀπαλῷ μὲν τῷ πτερῷ, quocum conferas Bas. hom. 201 D κοίφῳ τῷ πτερῷ). Quamquam non prorsus intercidisse in vulgari sermone structuram praedicativam cognoscas e NTi. paucis locis (Win.⁸ p. 186, Bttm. § 125, 5) et act. s. Marin. 44, 4 (γλυκεῖᾳ τῇ φωνῇ). Etiamnunc in libris quidem nonnunquam illa usurpatur: φυσικῷ τῷ λόγῳ (natürlich, begreiflicherweise: persaepe in ephemeredibus), μετὰ πολλῆς τῆς τέχνης (Νέα Ἡμ. 27 Μαρτ. 1910; saepeque alibi artic. post hoc adiect. et sim.), εὐρεῖαν τὴν διάνοιαν ἔχοντες (ib. 9 Ιαν. alibique pendente artic. ab ἔχειν); Παναθήναια, ἔτος 1909, σελ. 122 μὲ συνεσταλμένονς τὸν πόδας, 127 μὲ τὰς χεῖρας ἡνωμένας.

1) Ter ap. Philostr. praedic. nomen non carere articulo memorat Schm. IV 64, saepe ap. Syn. Fritz 863, in sermone vulgari Pisidiae Phrygiaeque (saec. IV./V.) multo frequentius quam in Attico Compernass p. 6.

2) Annotat Maranus: „Ita Harl. et Coisl. primus. Editi τὸ λ. τὸ ἐν ἡμ.“ Cf. Win.⁸ p. 180 sq. et indicem a Flemmingio adiectum libro Henoch s. VIII. ex hebreo sermone converso omninoque articuli neglegentiori.

3) Pronominum articulo carentium exempla ex omnibus libris sumpsi, reliqua autem articuli vel omissi vel adiecti e solis his libris: ps., Eun., sp. s. centumque epistulis enotavi.

4) Cf. Schm. III 63 sq.: „Pleonastisch steht der Artikel in κατὰ πολλὴν τὴν σπουδὴν Ael. NA. 112, 30; 267, 17.“

II. De pronomine.

1. **Reflexivi** pronominis usus Basilius ab Attico eo discrepat, quod saepe illud vel non adhibetur ubi ponendum fuit vel secus usurpatur atque olim solemne erat vel perperam collocatur.

Pro genetivo possessivo reflexivi directi qu. v. ponit genetivum simplicium pronominum personalium vel pronominis *αὐτός* his locis: *μον* pro *ἐμαυτοῦ*: hom. 436 B, 504 D, ep. 376 A, 873 A. *σον* pro *σεαντοῦ*: ps. 452 B, 464 C (ἔχει ἐνεστηλιτευμένα σον τὴν ψυχῆν, sed paulo ante ἐν τῇ σεαντοῦ διαροή), 465 A, 481 A; hom. 209 B (*στρέψε σον τὸ ὄμμα*)¹, 281 B, 301 D, 336 B (*τὸν νοῦν σον*), 408 B et C, 425 C, 432 A, 436 B, 460 B (*σον πρὸς τὴν ἀθλίαν γαστέρα*, sed ib. *πρὸς τὴν σεαντοῦ κοιλίαν*); ep. 352 D, 353 A, 364 A (bis), 365 C. *ἡμῶν* pro *ἡμῶν αὐτῶν* vel *ἡμέτερος (αὐτῶν)*: hex. 77 C, 401 B; hom. 372 A. *ἡμῶν* pro *ἱμέτερος (αὐτῶν)*: hex. 208 C; ep. 940 D. *αὐτοῦ* pro *έαντοῦ*: ps. 308 C, 452 C; Eun. 541 C; hom. [252 D]² 341 A, [344 D]; sp. s. 97 A, 128 A; ep. [244 C, 253 D, 309 B] 377 C, [417 C], 425 C, 480 C, 485 A, [497 A, 552 C], 564 B, [597 A], 661 D, 672 C, [705 C, 756 C], 857 C, 945 A, 997 A (bis), [1025 C], 1040 C. *αὐτῆς* pro *έαντῆς*: ps. 412 A, ep. 376 B. *αὐτῶν* pro *έαντῶν*: ps. 356 C, hom. 329 C, sp. s. 141 B, ep. 389 A, 556 A. Hunc usum pronominum personalium ap. Atticos perrarum (Kh. I 569, b) in NTo. sollemnem fuisse testatur Win.⁸ p. 206 his verbis: „In Abhängigkeit von einem Nomen steht überhaupt *ἐμαυτοῦ* nur I K. 10, 33 bei scharfem Gegensatze . . Σεαντοῦ findet sich so nie, nur *έαντοῦ*, *έαντῆς*, *έαντῶν* öfter“. Basilius autem aliis permultis locis etiam *ἐμαυτοῦ* et *σεαντοῦ*, etiamsi nihil opponatur, adhibet ad notandum possessorem (cf. supra v. *σον*). Formis tamen *ἡμῶν* (*ὑμῶν*) *αὐτῶν* et *ἡμέτερος αὐτῶν* abstinuit, nisi quid contrarium erat significandum (cf. infra (p. 32)). Ubi vero pronomine ad subiectum eiusdem enuntiati pertinente³) alium casum atque genetivum possessivum adhibuit Bas., semper reflexivum usurpavit neque ea libertate usus est, quam Antatticista permisit his verbis: *ἐμὲ ἀντὶ τοῦ ἐμαυτόν, σὲ ἀντὶ τοῦ σαντὸν Φιλήμων Γαμοῦντι, Ἀνασαρδίδης*.

Pro prima et altera persona cum singularis tum praecipue pluralis numeri persaepe usurpatur tertia persona reflexivi. Exempla satis habui enotare ex hex., hom. centumque fere epistulis (I—CIX) suntque haec: *έαντοῦ* pro *ἐμαυτοῦ* ep. 389 B; pro *σεαντοῦ* hom. 249 B, 273 B, 369 C, 376 B, ep. 324 A, 345 A, 388 A, 453 B. *έαντῷ* pro *ἐμαυτῷ* ep. 493 B, pro *σεαντῷ* hex. 21 B, 41 B, ep. 352 B, 353 A, 360 A, 517 B. *έαντόν* pro *ἐμαυτόν* ep. 345 A, pro *σεαντόν* hex. 192 A, hom. 256 D, ep. 316 A, 413 B. *έαντήν* pro *σεαντήν* ep. 244 C. *έαντῶν* pro *ἡμῶν αὐτῶν* hex. 77 C, 144 D, hom. 516 B (pro *ἡμετέραν αὐτῶν*), 517 A, 557 B (*τὴν εὐπορίαν τὴν έαντῶν* i. e. *τὴν ἡμετέραν αὐτῶν*, paulo post *ἀντιστήσωμεν τὴν ἡμετέραν παράκλησιν*), 616 A, ep. 237 D *ἡμῶν* (= *ἐμοῦ*) *τὰς εὐφροσύνας ἡμῶν . . ἰδίας έαντῶν* (= *meas*) *ποιουμένων*, 245 B, 256 C, 272 B, 304 A, 460 A, 473 A, 488 A; pro *ἡμῶν αὐτῶν* ep. 308 A, 473 B. *έαντοῖς* pro *ἡμῖν αὐτοῖς* hex. 21 A, 24 B, hom. 345 A, 368 A, 372 A,

1) Cf. Win.⁸ p. 198: „Die obliquen Kasus der Personalpron. samt *αὐτοῦ* werden im Anschluß an LXX . . außerordentlich oft gesetzt, wo sie von Griechen weggelassen und ergänzt werden“ et Bl. 167.

2) Uncis [] inclusi eos locos, ubi pronominis *αὐτοῦ* inter articulum et substantivum collocati spiritus per facile librariorum errore potuit permutari (cf. Kh. I 565 ann. 4). Omisi autem hic et supra ea pronomina, quae ut ad subiectum pertinent ita participio vel infinitivo iuncta sunt.

3) Excipiendae sunt constructiones participii (velut ep. 364 A *ἐπαράστα τῷ καταβαλόντι σε*) et infinitivi, in quibus Atticos quoque reflexivo saepe abstinuisse notum est (v. Win.⁸ p. 206, d). Qui autem quattuor in ed. Maur. leguntur loci casus obliquos pronominis *αὐτοῦ* ad subiectum eiusdem enuntiati referendi exhibentes: hex. 153 A, 189 D, hom. 616 C, ep. 669 B, ii facile emendantur spiritu leni mutato; ceterum duobus eorum pronomenen pendet e praepositione (v. Win. I. l. b), uno ex adiectivo verbali.

505 C, 536 B, ep. 408 A, 416 B, 428 C, 456 B, 493 A; pro ἑμῖν αὐτοῖς hom. 556 B, ep. 265 B, 385 C, 401 A. ἐαντούς pro ἡμᾶς αὐτοίς hex. 108 D, 120 A, 157 D, hom. 177 A, 256 A, 468 C, 492 D, 536 B, 552 B, 553 A, ep. 244 A, 301 C, 380 C, 405 B, 476 B, 488 A, 492 B; pro ἑμᾶς αὐτοίς hom. 557 C, ep. 245 C, 305 C, 397 C. Constat antiquitus tertiae personae reflexiva nonnumquam sic usurpata esse primo brevitatis causa in numero plurali (semel a Thuc. [I 82 τὰ αὐτῶν ἐποριζώμεθα], saepius ab aliis), postea etiam in singulari (praecepue ab Isocrate, v. Schneider ad Demon. 14 et Kh. I 572). Multo autem latius hic usus manavit apud scriptores κοινῆς διαλέκτου, quorum alii convenienter praeceperunt illi Apollonii de synt. III 23 οὐ γάρ φαμεν ἔαντὸν ἕβρισα η̄ ἔαντὸν ὕβρισας, ἔαντούς δὲ ὕβρισαμεν pluralem tantum substituerunt (ut Pol., Jos., NT.), alii etiam singularem (ut Plut. [Weissenb. 24], Gal., tituli actaque sanctorum [cf. Win. l. l. annot. et Comperi. 10 sq.]). Atque etiam atticistae formis his commodioribus (saepiusque pluralis, rarius singularis numeri) usi sunt, excepto Aristide, qui eas omnino evitavit et Aeliano, qui semel tantum αὐτῶν dixit de I. persona. Basilius autem singularis numeri nonnumquam tertiam personam posuit, saepius propriam (ἐμαυτοῦ etc.), pluralis tertiam, neque unquam, ni fallor, pronominis αὐτός casus obliquos primae alterive personae pluralis adiecit, nisi cum illud fuit premendum contrariumque aliquid denotandum, velut hex. 193 A πρὸς τὴν ἡμῶν αὐτῶν φυλακὴν κινηθησόμεθα (sc. quemadmodum bestiae ad suam custodiam), ep. 412 B, 436 C (ἡμῖν αὐτοῖς), 524 D, 1024 B, 1032 C. [Similiter ἡμέτερος αὐτῶν, quod nusquam legitur in NT., oppositionis causa ponitur ep. 484 A et 320 C.] Exstat ille usus tertiae personae etiam Byzantina aetate (in libro Henoch [s. VIII. scripto] VI 2 ἐκλεξώμεθα ἔαντοῖς γνωτίκας et in vita Euthymii c. a. 900 scripta) atque hodie quoque scribitur: ἦδη διερωτῶμεν ἔαντούς (i. e. „nos“: Νέα Ἡμ. 30 Φεβρ. 1910), μὴ ἐπαινῆτε ἔαντούς („vos“), quamquam multo frequentior est locutio inde a. saec. XII. vulgata: τὸν ἔαντόν μον (σου κτλ.).

Quod semel legitur reflexivum, ubi non pertinet ad subiectum: hom. 557 A ἀντέστρεψενται δὲ (τὸ τόξον) ἐπὶ τὴν ἔαντοῦ κεφαλήν (sc. τοῦ πολεμίου; in duobus codd. τὴν αὐτοῦ κ.), non ita mirum est, cum illie verti possit „sein eigen, ipsius“ (cf. Kh. I 560, 1). Notabilius est, quod pronomini σφίσι semel subicitur vis pronominis „eis“: adul. 581 D λέγεται δὲ καὶ Πνθαγόραν κωμασταῖς περιτυχόντα μεθύοντι κελεῦσαι τὸν αὐλητὴν... ἐπανλῆσαι σφισ τὸ Λόγιον. Ionius hic pronominis personalis οὗ, οὗ, ἐ, σφῶν, σφίσι, σφᾶς usus (v. Kh. I 566 sq.) invenitur ap. plerosque atticistas (saepissime ap. Philostr., nusquam ap. Aristid.; Moeris p. 310: σφίσιν Ἀττικῶς, αὐτοῖς Ἐλληνικῶς). Altero autem loco Atticam consuetudinem Bas. secutus est, cum ep. 1077 C pronomen σφίσιν αὐτοῖς ad subiectum rettulit. Quod singulari omnino nunquam utitur, plurali autem nusquam nisi in illa ad adul. oratione et in una ex epp. ad Libanium missis, quibus Atticum sermonem eum quam maxime exprimere studuisse appareat, vel inde possemus colligere pronomen illud communis sermoni tum prorsus inusitatum fuisse, si non aliunde id compertum haberemus (cf. Win. ^s p. 191).

Possessivi pronominis eiusdemque ad subiectum pertinentis loco Bas. adiectiva οἰκεῖος et ἰδιος usurpat non solum persaepe quemadmodum Attici tum cum latine vertenda sunt adiectivo „proprius“, sed etiam nonnumquam ita, ut idem valeant ac simplicia pronomina ἐμαυτοῦ, σεαντοῦ, ἔαντοῦ, ἔαντῶν. Facillime id cognoscas, si contuleris locos inter se respondentes, velut hex. 29 C πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα pauloque ante τὸν ἔαντῶν νοῦν, 188 D τὸν οἰκείων θαυμάτων, paulo ante τῆς ἔαντοῦ κτίσεως, ep. 388 B τοῦ πᾶσαν τὴν οἰκονομένην τοῦ ἴδιου πληράσαντος θαύματος. Neque tamen in omnibus eius libris est usus aequalis: nam vox οἰκεῖος etsi in nullo libro prorsus deest (cf. ps. 276 B, 365 A, 420 B et D, 456 A; Eun. 636 B; hom. 524 B, 209 B, al.; sp. s. 168 C; ep. 832 B, 969 A), tamen in orationibus de hexaëm. tam saepe (locis plus viginti, in quibus 29 B [bis], 80 B, 108 A) occurrit, ut inter insignissimas harum notas numeranda sit; ἰδιος autem in his perraro (125 A, 133 A, [205 C]), aliquoties in ps. (cf. 236 D, 237 D, 248 D, 404 C, 413 C), semel in Eun. (609 A) frequenter vero in epp. legitur (velut 381 B, 417 C, 584 C, 724 A, 916 C). Cuius rei causam hanc fuisse existimo. Cum pronomina possessiva ἐμός etc. in cotidiano

85 C,
36 B,
J., ep.
primo
aliis),
Multo
o illi
αμεν
Gal.,
s his
mimo
imeri
puam,
l fuit
κυρη-
24 D,
mitur
h [s.
hodie
ντούς
κτλ.).
πται
nirum
φίσι
χόντα
s oñ,
lostr.,
uetu-
gulari
p. ad
inde
de id

διος
rius",
ντών.
λημα
388 B
is est
56 A;
kaëm.
notas
37 D,
84 C,
diano

sermone magis magisque rarescerent¹⁾ itemque reflexiva ἐμαντοῦ etc. illorum vice fungentia, quaerentibus quid substituerent offerebantur illa adiectiva, quae antiquitus opponebantur vocibus κοινός et ἀλλέτους atque ad vim augendam coniungi solebant cum genetivis reflexiorum (cf. Xen. Hell. I 4, 13 πρὸς τὸ αὐτῶν ἰδιον κέρδος et Pl. conv. 205 ε τὸ μὲν ἀγαθὸν οἰκεῖον καλεῖ καὶ ἔαντοῦ, τὸ δὲ κακὸν ἀλλότρου) et possessivis (Isocr. 6, 8 τοῦμὸν ἰδιον [Thuc. 1, 144 τὰς οἰκείας ἡμῶν ἀμαρτίας]). Ex his sermo vulgaris recepit vocem ἰδιος²⁾, nonnulli autem scriptores, credo propter ipsum illum vulgarem usum, alteram quoque vocem οἰκεῖος adhibuerunt³⁾. Quae cum ita sint, non est mirum, quod Bas. in eo librorum genere, cui cotidianus magis sermo congruebat, in epp., adiectivum ἰδιος frequentat, sed in illis orationibus, quae πανδεῖα ἐλληνικὴ insignes sunt, de hex., tantopere delectatur voce οἰκεῖος⁴⁾. Ceterum saepenumero his adiectivis addit genetivum pronominis, interdum etiam ubi hoc non erat premendum Latinique satis habuissent pronomen „suus“ substantivo postponere, velut hex. 197 B πρὸς τὴν φυλακὴν τῆς οἰκείας αὐτῶν σωτηρίας (salutis sua), hom. 445 C ἐργαστήριον τῆς οἰκείας αὐτῶν ἀσχημονίας τοὺς ἡγιασμένους τόπους πεποίηνται, hex. 157 C εἰ τὰ ἄλλα . . . φυλακτικὰ τῆς ἰδίας αὐτῶν⁵⁾ σωτηρίας, ep. 940 B ὑπομυήσκει ὑμᾶς, τὸν ἰδιον ἔαντης κόσμον, ἢ ἐκκλησία. Ex atticistis prioribus nihil de tali illorum adiectivorum usu Schm. memorat, itemque Syn. eo abstinuisse videtur (Fritz 93).

Perperam collocatur genetivus reflexivi pronominis ante articulum: in hex. locis duobus, ps. quinque (velut 328 A σεαντοῦ τὸ σῶμα), Eun. uno (584 C αὐτοῦ τὴν γραφήν), hom. sedecim, sp. s. uno, epp. plus sedecim, aut post substantivum: in hex. locis quattuor (ut 153 A τῆς περιουσίας σεαντοῦ), ps. decem (quorum ternis bis, velut 477 B τὸν πλοῦτον ἔαντοῦ . . . τὸν θεὸν ἔαντων), Eun. quattuor, hom. decem, sp. s. duobus, ep. plus duodecim. Inter antiquos solatae orationis scriptores Herod. non nunquam sic collocavit (Kh. I 620), saepius Attica aetate inferiores, in quibus tamen Polybium hiatus ratione ductum esse Kaelker (Lpz. Stud. III., p. 257) memorat (de NTo. cf. Win.⁸ 210). Atticistas superiores omnes semper ad Atticam normam reflexiva ἔαντοῦ etc. posuisse haud scio an non liceat conicere e silentio Schmidii; Synesium locis non dubiis semper collocatione attributiva usum esse dicit Fritz 92.

2. Αὐτός pronominis genetivum novies Bas. inter articulum et substantivum ponit, quamquam non refertur ad subiectum: ps. 392 C; Eun. 528 D, 532 B, 648 C; hom. 444 D; ep. 288 B, 381 A, 516 A, 525 B. Non raro sic ap. Herod. (Kh. I. 1.), hiatus evitandi causa ap. Pol. et Plut, quater in NTo. (Win.⁸ p. 210); septies ap. Ael., sed non plus semel ap. Aristid. bisque ap. Philostr. (cf.

¹⁾ De raro in NTo. possessivorum usu v. Bttm. § 127, 21, ap. Marc. Diac. et Callin. indices. De praepositione κατά c. acc. ut ab aliis (cf. Win.⁸ p. 214) ita a Bas. (qui tamen saepenumero possessivis utitur) ad circuitonem adhibita supra memoravimus. Hodie in vulgari sermone possessiva ἐμός etc. non usurpari testatur Thumb 62.

²⁾ De NTi. usu disserit Win.⁸ p. 213 sq. ibidemque hunc usum inveniri dicit ap. LXX, D.Hal., Phil., Ios., Plut., in titulis atticis inde ab a. 69 a. Chr. His testimentiis addi possunt plura partimque antiquiora e titulis Magnetibus (e. gr. identidem εἰς τὸν ἰδιον οἴκον saec. III. a. Chr.) et Priensisibus (v. ind. Gaetringenii), praeterea ex act. app. apocr. (v. ind. Bonnetii), e Marc. Diac. et Callin., Leontio; ante omnia autem cf. hoc Phrynichi p. 441: τὰ ἰδια πράτιο . . . οἱ πολλοὶ λέποντο εἰκῇ, δέον τὰ ἐμαντοῦ πράτιο . . . λέγειν . . . ἢ τὰ ἰδια ἐμαντοῦ πράτιο.

³⁾ Horum primus videtur fuisse Josephus (G. Schmidt p. 369 e maiore numero viginti tres locos affert, in quibus A. IV 86 ὅπλιζω τὸν οἰκεῖον στρατόν); e posterioribus nomino Theodor. (v. Usen. 123), Agathiam, auct. v. Tychonis (s. VII., cf. Usen. 51). In cotidiano sermone huius vocabuli usum non egisse radices altiores vel inde suspicieris, quod hodie ἡ καθομιλονυμένη nunquam illud sic usurpat, sed interdum ἡ καθαρεύοντα (Νέα Ἡμ. 6 Φεβρ. 1910: νὰ διακηρύξωσιν εἰς τὰς οἰκείας Κυβερνήσεις διτ., 13 Φεβρ.: χερις νὰ μεταθέσωτι τὴν δοπήν τῆς οἰκείας αὐτῶν πολιτικῆς).

⁴⁾ Non alienum sit conferre ep. 485 A τὴν κοινωνίαν λαμβάνειν τῇ ἰδίᾳ χειρὶ et 713 A ταῖς ἰδίαις χεροὶ κατέθετο cum hom. 524 B (laudatione quadr. martyrum) αὐτὴ ταῖς οἰκείας χεροὶν ἀρμένη, praeterea illud NTi., Luc. 6, 41, τὴν δοξὸν τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ δρθαλμῷ [Mt. 7, 3 ἐν τῷ σῷ δ.] cum hom. 269 B ἐν τῷ οἰκείῳ δρθ.

⁵⁾ Inde manavit Byzantina aetate ὁ ἰδικός μον (Mauric. [† 607] 1, 9 τῶν ἰδικῶν αὐτοῦ [= τῶν ἔαντοῦ] ἀρθρώτων); quae locutio etiamnunc in usu est. Quae autem vis hodie vocis ὁ ἰδιος subici solet, ut idem declarat atque olim ὁ αὐτός, eius antiquissimum exemplum repperi in titulo Magnesiae aetate Hadriani scripto (116, 24 τὸν ὁ ἰδιον λόγον ἀποτίθεοθαι τούτων), ap. Basil. nullum; unum locum ex dubia Aristidis oratione affert Schm. II 228.

Schm. III 66); semper ap. Theodor.; hodie v. c. ἡ Αὐτοῦ Μεγαλεότης (Seine Majestät). — Resumitur bis nomen in eodem enuntiato casibus obliquis illius pronominis ita, ut hoc aut abundare videatur (sic ut saepius in NTo. [Win. p. 198 sq.] et ap. Callin. [ind. p. 183]; cf. Kh. I 660 sq.) aut premere vim illius nominis idem valens atque οὗτος (cuius in locum semel substituitur a Philostr. G. 261, 8, hodie autem vulgo): ps. 236 Α τῶν δὲ χοϊκῶν καὶ κατὰ σάρκα ζώντων ὃ δόξα αὐτῶν κατασκηνοῦν εἰς τὸν χοῦν λέγεται et 636 C ἐσέμνυνται ἡμῶν τὴν πατριδα ὡς αὐτὴν παρασχομένην τῆς εὐσεβείας τὰ σπέρματα. Tertio loco, ps. 276 C, τοῖς παιδεῖοις κόσμον αὐτοῖς εὐπρεπή pronomen cum retinetur, pendere ab adiectivo putandum est, sed melius deletur, praesertim cum desit in plerisque mss. — Nunquam autem Bas. nominativum loco pronominis personalis ita usurpat, ut respondeat nostro „er“ sine accentu proununtiatio (sic nonnunquam in NTo. [Win. p. 196], singulis locis ap. Ael. et in Syn. epp., pluribus ap. Callin., vulgo hodie).

3. **Demonstrativo** pronomine οὗτος, sicut antiquitus (Kh. I. l.; etiam in NTo.: Win. p. 218), cum vi resumitur in eadem sententia nomen, idque plerumque participium: in ps. sedecies fere; Eun. 609 C; sp. s. 161 A et 165 B; ep. 349 C (*οὐχ ὁ καλῶς ἀρχόμενος, οὗτος τέλειος, ἀλλ᾽ ὁ καλῶς ἀποιθέμενος, οὗτος δόκιμος παρὰ Θεῷ*), 865 C, 984 B, 989 B¹); bis adiectiva: ps. 421 D (*τὸ εὐθέτης τῆς γνώμης, τοῦτο*) et ep. 756 A; semel substantivum: hex. 173 B. [Maxime inter atticistas hac nominis resumptione delectatur Ael., plerumque adiungens *κατ.*] Similiter usurpatur οὗτος post participium (ut ap. Plat., Pol., atticistas, Theodor. [saec. VI.]) in ps. septies; Eun. 581 A et 668 A; sp. s. 76 B, 109 B, 113 A; ep. novies (velut 229 C *προεξετάσαντα . . . οὕτω δημοσιεύειν τὸν λόγον*); post ἐάν: hom. 357 A (Xen. Cy. 8, 13 post *εἰ* itemque bis ap. Aristid.); post ἐπειδάν: ib. D.

ἐκεῖνος, de quo W. Havers („Das Pronomen der Jener-Deixis im Griech.“) hoc docet: „Herod., Pol. und die Synoptiker² wenden ἐκεῖνος in der Bedeutung eines schwach betonten ‚dieser‘ an“ (v. E. Schwyzer in B. ph. W. 1907 p. 88 sq.), ap. Bas. semper, quod videam, suum habet pondus crebroque adhibetur ad sequentem sententiam quasi praeparandam³), sive illa est libera, velut ep. 297 A (*ο γε μὴν λέγω . . . , ἐκεῖνό ἔστι*) et 460 C (*ἐκεῖνο ποίησον ἔμοι τὰς ἐπιστολὰς διάπεμψαι*), sive subiuncta particula *ὅτι*: hom. 188 C, 380 A (*ἐκεῖνό γε μὴν ἐπαινέσετε τις τοῦ κακοῦ, ὅτι*), ib. C; ps. 217 C; Eun. 576 A, 597 B, 616 C, (621 C *ἐκεῖνο . . . , ὡς*), 636 B, 640 B; sp. s. 117 D, 177 C, 185 D, 216 B; saepissime in epp.: 248 C, 417 C, 421 C, 487 A, 508 A, 572 C, 600 B, 624 C, 645 B, 884 C, 949 B, 952 C, alibi⁴).

ὅδε cum post Atticam aetatem e sermone cotidiano paulatim excideret solisque libris retineretur [de NTo. v. Bl. 37: „das seltene ὅδε ist fast auf die Formel τάδε λέγει beschränkt“ et 173], fieri non potuit, quin scriptores ab Attica regula aberrarent. Itaque Polybium, Phil., Arr., (sescenties), App. (saepissime), Ael. (quater), Philostr. (decies) illud ad priora verba rettulisse videmus (Win.⁸ p. 215). Basilius autem ut raro eo utitur, ita nunquam ad priora in memoriam revocanda, sed aut antiquo more sic, ut ea significet, que loquentis vel oculis vel animo proxime obversantur (i. e. „[dieser] mein, unser, der jetzige, gegenwärtige, vorliegende“): hom. 544 C *ἐπὶ τόνδε τὸν βίον* (v. humanam)⁵; sp. s. 157 C *τάδε*

¹) Eiusdem pronominis participium sequens denuntiantis hoc exemplum profero: ps. 469 A *οὗτος γὰρ λαμβάνει βοήθειαν . . . , δὲ τῆς ἀνθρωπίνης βοηθείας . . . καταφρονῶν* (ut ap. Atticos [Kh. I 659] et in NTo. [Win. 217 sq.]).

²) Ceterum cf. Win.⁸ p. 217: „ἐκεῖνος abgeschwächt = οὗτος Mt. 17, 27, Mc. 16, 10 u. oft bei Ioh.“ et Bl. 174 sq.

³) Ex Atticis affert exempla Kh. I 659, ex atticistis omnibus Schm., tredecim ex auct. π. Ὑψ. Tröger p. 27, sex e Syn. epp. Fritz p. 93. Sed de NTo Bl. 175: „nicht oft mit folgendem Bezugswort.“

⁴⁾ *Toῦτο*, quod in NTo. plerumque sic usurpatur (Win. I. l.), legitur e. gr. ep. 481 C *τοῦτο . . . τὸ . . . ἐλεεινότατον, ὅτι*.

⁵) Similiter ὅδε, quo adverbio ab Atticis nondum locus declaratur (Kh. I 444), saepe idem valet atque „in terris“ sive παρ' ἡμῖν, velut sp. s. 160 D *τὴν ὅδε οντήθειαν*, 161 B *ὅδε μὲν οὖν οὕτως οἱ δοῦλοι* (recte interpr. lat.: „ad hunc igitur modum hic sunt servi“); Eun. 625 C *κατὰ τὴν ὅδε οντήθειαν* (humano more); ps. 285 A, 409 A, 429 B; al. Adverbii *τῇδε*, quo antiquitus locus designabatur, haec exempla memoro: ps. 380 C *καταφρονήσας τῶν τῆδε et ep. 992 B τῶν τῆδε . . . τῶν κατ' ἡμᾶς*.

(i. e. folgendes) λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον . . . Μὴ ταπεινοῦ ταῦτα (i. e. priora) . . . τὰ ὄγκατα; ep. 260 B ἐπὶ τίνδε τὴν ἔξετασιν κεχωρήκαμεν, 613 A περὶ δὲ τοῦδε („die bewußte Angelegenheit“; quibus verbis transit ad rem propositam), 321 D ὁ πρεσβύτερος τοῦ χωρίου τοῦδε, 324 A τοῦ ἀδελφοῦ τοῦδε (pro quo Bas. deprecatur), 517 A τῇ ἀδελφῇ τῇδε (item), 592 D ἀντὶ ἐμαντοῦ σοι τὸν ἀδελφὸν τόνδε τὸν χωρεπίσκοπον συνίστημι (significatur is qui epistulam perfert¹), sicut locis sequentibus, 592 B, 593 B Γνωρίζεις πάντως τόνδε (prima verba epistulae), aut e recentiore consuetudine ita ut idem declareret quod pronomen indefinitum „der und der“: sp. s. 76 C τὸ δὲ ἐν φὶ τὸν χρόνον παριστᾶν ἢ τὸν τόπον. Πότε γὰρ γέγονεν; Ἐν τῷδε τῷ χρόνῳ. Καὶ ποῦ; Ἐν τῷδε τῷ τόπῳ (falso interpr. lat.: „tali tempore“)²), iteratum: ep. 877 B τάδε καὶ τάδε (ἐν τῷ οὐρανῷ σημεῖα φανῆσθαι), 912 B εἰ ὁ Βασίλειος ἐκεῖνος ὁ τοτῶσδε δονέλευσας ἐκ παιδὸς τῷ δεῖν (Eustathio), ὁ τάδε πούσας ἐπὶ τῶν καιρῶν τῶνδε (item: quibusdam temporibus) καὶ τάδε . . . οὗτος νῦν ἔτερος γέγονεν ἐξ ἔτερου, ps. 281 B τάδε τινὰ καὶ τάδε κομίζοντας τῷ Κυρίῳ. Atticam locutionem cognoscas e Plat. leg. 721 b τῇ καὶ τῇ ἀτιμᾳ. Praeterea cf. ps. 329 C μὴ εἴπῃς· ὡς ἔτυχε, γέγονε τοῦτο καὶ αὐτομάτως ἀπήντησε τόδε (dies . . das) et sp. s. 177 A νῦν δὲ οὐ περὶ συλλαβῶν οὐδὲ περὶ τοιοῦτος ἢ τοιοῦτος („diesen oder jenen“) φωνῆς ἦχον ὁ λόγος αὐτοῖς [cf. Eus. h. e. 40, 24: τῶν τοιῶνδε τροφῶν i. e. bestimmte Speisen, Aëtii plac. IV 9, 9: τοῖον ἢ τοῖον ὀνομάζεσθαι, Νέα Ήμ. 16 Φεβρ. 1910: ἢ τοιάδε ἢ τοιάδε λύσις].

4. Relativi pronominis attractio omnibus Graecae linguae aetatibus usitator est (cf. Schm. III 67; etiam ap. Tel., Epict., in NTo., actis app. apocer. [Bonnet affert duodequadraginta locos], ap. Leont. saec. VII., in libro Henoch s. VIII., hodie [Mullach p. 318]), quam ut exempla, quae plurima Bas. praebet, exscribere opus sit. Inversae autem quam vocant attractionis unum legitur exemplum: ep. 713 C τὸν ἀδελφὸν τοῦτον ὃν νῦν ἀπεστείλαμεν . . ., ἔχοντας αὐτῷ διακόνῳ (plura ap. Ios. [Schmidt p. 370] et in NTo. [Bl. 178], singula ap. Ael. et Callin.). — Enuntiata primaria relativo pronomine ab Atticis satis raro (Kh. II 434 sqq.), saepius postea, Latinis fortasse auctoribus, nectebantur³). Multa id genus (inprimis saepe ὅθεν) inveniuntur ap. Bas.: ex hex. quidem viginti sententias enotavi, quorum aliquot (57 B, 69 A, 104 B, 145 A, 160 A) causam enuntiant. — ὅστις pronomen posterior sermo, ut est ampliorum formarum amans, in locum simplicis pronominis substitut⁴). Ap. Bas. ad unam aliquam rem illud relatum nusquam repperi nisi ep. 264 A et Eun. 669 B, ubi tamen excusat, cum idem sit ac „talism qui“ vel „quippe qui“ (Kr. 51, 8, 2; Win. 1. 1., Stahl 521, 4). — οὗτος pronominis brevitate Attica (Stahl 560, 2)⁵ bis in eodem enuntiato positi haec exempla memoro: ps. 489 B ὁρῶ ἡμᾶς οἵοι ἐξ οἰων γεγόναμεν (ib. iterum), hom. 373 D ἐξ οἴων εἰς οἴα μεταπέπτωκε κατοικήσει, 560 D. — Simplicis huius pronominis locum obtinet ὁ ποτοῖς hom. 591 A (in principio enuntiati primarii), ep. 637 C τὸ τοιοῦτον εἶναι σε ὁποῖον ἢ πάντων μαρτυρία παριστῆσιν (cf. NT. Act. 26, 29; Schol. Ar. Plut. 392 ὁποῖον Ἀττικόν [sc. pro οἷον]; hodie vulgo inter se respondentia τοιοῦτον).

1) Sed ep. 1016 B τῷ ἀδελφῷ τούτῳ τὴν ἐπιστολὴν ἔδωκα ταῦτη.

2) Similes locos affert Win. 8 p. 216: Iac. 4, 13 et Plut. qu. conviv. I 6, 1. Hodie ὁ τάδε (e. gr. εἴδα τὴν τάδε γυναικα) idem declarat atque ὁ δεῖγμα, quae posterior vox a Bas. quoque nonnunquam usurpat (velut hom. 209 B; ep. 593 A, 613 A bis [cum substantivo coniuncta], 896 D, 916 B; ps. 221 B), etiam geminata: hom. 512 C ὁ δ. ἢ ὁ δ., ep. 932 A τὸν δ. καὶ τὸν δ. ἐκλεγομένους.

3) Frequenter in NTo. (Bttm. § 143, 6) atque etiam Byzantinorum aetate (Iann. 1437 b). Atticistas Dionem Chrys., Luc., Aristid., Philostr. non raro relativo sententias causam declarantes annexisse Schm. memorat; idem de Syn. Fritz. Hodie quoque saepenumero legitur "Οθεν" („ideo“).

4) Usum Ionum proprium reperirent Pol. et Diod. Sic. hiatus evitandi causa, Arr. ad imitandum Herod., κοινῆς scriptores alii (cf. Win. 235 sq., Compern. p. 13) ob eam quam modo dixi causam. Antattic.: ἐξ ὅτου ἀντὶ τοῦ ἐξ οὗ Κράτης Τόλμαι. Etiannunc sic usurpatur cum δοτις tum δ. τι.

5) Ceterum similis pronominis τις geminatio etiam in NTo. et ap. past. Hermae invenitur: Bl. 181.

τος . . ὄποιος), 648 A, 1008 A παρὰ τῶν οὐτω μικρῶν, ὄποιος αὐτός εἰμι¹⁾). — ὅσος mature coepit qualitatem significare (iam Isochr. de perm. 138 τοιοῦτος -ὅσος itemque Aristot.), postea idem atque ὁς (ap. omnes atticistas), hodieque in plurali numero interdum sic usurpat: τὰ μνησικὰ ὅσα i. q. τ. μ. τὰ ὄποια. Ap. Bas. praeter ἐν ὅσῳ (= ἐν φ., e. gr. ep. 1032 C; hodie ἐνόσῳ: „quamdiu“) neque illud pronomen sic adhibitum me legere memini neque ὄποιος, cui Philostr. persaepe eandem vim subiecit ac simplici relativo (Schm. IV 71). — In exclamatione a Bas. non solum ut ab Atticis (Kh. II 439) relativa (velut ep. 641 A ἡλίκον δὲ χερδος, 661 C ὡς καλὴ ἡ φιλοσοφία, 1096 C οἷα τοῖς ἔρασταις δωρεῖσθε, hom. 500 B οἷα χερδαίνει), sed etiam more posteriorum²⁾ interrogativa pronomina usurpantur, velut hex. 8 B τί καλὴ ἡ τάξις, 80 D πόσα μοι πράγματα παρεῖχες, 104 A πόσην, 108 B πόσα, 109 B πόσα . . πῶς . . πόσαι, 113 D πόσαι; ps. 312 C πόσοι (ter); ep. 265 C πόσα. Semel legitur ὄποιος (ut perraro [fortasse nunquam] ap. Atticos [Kh. I. 1.], ter ap. Ael.: Schm. III 319): ep. 648 A (paulo post ib. πόσος).

5. **Interrogativa** pronomina ποῖος et τίς iam ab Atticis interdum parum distincta (Isochr. 8, 67; Eur. El. 905) postea vulgo promiscue usurpabantur³⁾. E Basilio exempli causa affero: hex. 36 C, ps. 217 B, Eun. 504 C (ἐκ ποτας . . τίνες . . ἐν ποτῷ), 660 A, hom. 192 B (τίνος . . ποῖος), sp. s. 188 B (τίς . . ποῖον . . τίς) et C. — „Qualis?“ autem posteriore aetate⁴⁾ non raro significabatur pronomine ποταπός, quod Atticis temporibus littera δ scriptum idem valuerat atque „cuius?“ Bas. quoque interdum illam vim voci subicit, velut hex. 120 B (ποταπὸς τῷ κάλλει . . ποταπὴ ἥμια: potest etiam accipi exclamatio), 160 C (post διδαχθήτωσαν), ps. 281 C (post δοκίμασον), sp. s. 168 C (interrog. recta), ep. 656 B (obliqua), 888 B (item), 893 A (recta). — In interrogatione recta pronomina relativa quae dicunt generalia ab Atticis nonnunquam usurpata esse alii contendunt alii negant (v. Kh. II 517; Bl. 179; Schm. IV 73: „in attischer Prosa ist dergleichen nur in Wiederholungsfragen gestattet“). Postiores autem sic usos esse relativis atque etiam simplicibus ὁς etc. apparebant locis ab Jann. 2038 e LXX, NTo., eccl. scriptoribus congestis, quibus addas duos a Schm. I. 1. e Philostr. (ὄπως et ὄποθεν), unum a Troeg. e Ps.-Long. (33, 2 ὑφ' ὃν), plures ab Usen. e v. Tych. (p. 50: οὗ γάριν, ἀνθ' ὅτου, μέχρις οὗ) allatos, hos denique Basilianos: Eun. 661 B αἱ δὲ ἐνέργειαι τοῦ ἀγίου Πνεύματος οἵατ; D αἱ δὲ ενέργειαι . . ὄποιαὶ τινές εἰσι καὶ ἡλίκαι; hom. 513 A ὄποια; Plures locos pronomen οἶος exhibentes cum Attico usu congruere existimaveris, si deleta distinctionis nota interrogativa enuntiatum acceperis exclamativum, velut ep. 637 A, C, 921 A, 924 B. — Contrariae consuetudinis interrogativum pronomen τίς usurpandi pro relativo ὅστις (Kh. II 517; Stahl 593, 3; Schm. IV 70; Bl. 179 [„alexandrinisch u. dialektisch“], Win. p. 241; Compern. 14), ap. Bas. unum legitur exemplum hom. 433 C: φαίνεται ἡ ναῦς μέχρι τίνος („solange“) τὸ βάρος τῶν ἀγωγίμων ὑφίσταται, τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦτο καταβαπτίζει, quo

1) Longius processerunt Byzantini media aetate, cum addito articulo vocibus δ ὄποιος vim subiecerunt eam, quam hodie habent, relativi „qui“, ratione usi eadem atque Itali („il quale“), Galli („lequel“), Angli („the which“).

2) App., Epict. (dissert. I 10, 6), Ael. (semel πόσῳ); NT. (Win. p. 242; ceterum bis οἷος); act. Xanth. [saec. III/IV.] 62, 19 τί πρᾶος αὐτοῦ δὲ περίπατος!, mart. Pelagiae 28, 2 (ὦ ἀπὸ τῶν χριστιανῶν, πῶς ἐκδιδόσαις ἔαντος μέχρι θαράτον), pass. s. Petri Alex. (ed. Viteau) p. 75 (οἵονς . . πόσους); Marc. Diac. 3, 4; Callin. 111, 25; Henoch 22, 2; al. Hodie raro usurpatur οἶος (e. gr. Σηκοίτ 11 Ἀπριλ. 1910: οἴα διποθόδορομικότης!), saepius ὄποιος (v. c. ὄποια ἀναίθεια!), plerumque interrogativum: τί ὄφαιος καιρός! (was für ein schönes Wetter!), Σηκοίτ 27 Ἀπριλ. 1910: Πόσον δὲ λίγον ἡλιαζαν ἔχοτε (sc. ab aetate Evae) αἱ γυναῖκες!

3) Pol., Diod., Ios.; NT. (Mt. 24, 42 et al.); Orig. comm. in Io. 68, 6 τί πρῶτον καὶ ποῖον τὸ δεύτερον; Syn. ep. 57, 666, 28 ποῖοι . . τίνες; act. Ioann. 207, 8 τίνα αἴνοις ἡ ποίησι προσωροցά; acta Pelagiae 5, 23 ποῖοι . . τί. Hodie pronomine τίς multo est frequentius ποῖος (e. gr. ποῖος ἡλθε;); vel in vulgari sermone ποίος (Σηκοίτ 24 Ἀπριλ. 1910: ἀπὸ ποίον γιατρὸν πέθανε; an welchem Arzt ist er gest.?).

4) De NTi. usu v. Bl. 180. Etiam ab atticistis (Luc., singulis locis Ael. et Philostr.) pron. ποταπός reiectum a Phrynicho (p. 56, Lob.) sic usurpari, in primis autem saepe a Byzantinis scholiastis, docet Schm. Sed hodie illud significat „vile, contemptus“.

coepit
tque ὁς
q. τ. μ.
ie illud
iecit ac
II 439)
qasταις
a usur-
B πόσα,
legitur
648 Α
r. 8, 67;
3 C, ps
. 188 B
onomine
e inter-
iam ac-
. recta),
ra quae
17; Bl.
Posteri-
e LXX,
πόθεν),
θ' στον,
; D ai
exhiben-
ccepereis
onomen
nisch u.
ι ἡ ναῦς
ει, quo
um, quam
th. [saec.
οὐς μέχρι
22, 2; al.
τράδεια¹],
ν ἥλλαξαν
ον; Syn.
4. Hodie
910: ἀπό²
electum a
significat

loco alius lectionis mentionem non facit Garnerius. Sin autem scribamus μέχρι τινὸς . . . ὑγισταμένη, nonne et φαίνεται significationem usitatam habeat et τὸ ὑπὲρ τοῦτο rem sibi vere oppositam et κατα- βαπτίζει vim suam transitivam?

6. Pronomen **indefinitum** τις, quo magis posterioribus temporibus rarescebat (similiter atque interrogativum τις), eo frequentius usurpabatur ab atticistis antiquum usum etiam dilatantibus (Schm. III 68, IV 611; ap. Agathiam in qualibet fere pagina illud legi dicit Reffel p. 9). Bas. morem Atticorum secutus, qui illo notionem certis finibus non circumscriptam significabant atque ita adiectivorum et adverbiorum vim modo augebant modo minuebant (Kh. I 663), pronomen adicit a) adiectivis, ut idem valeat ac „quidam“: hex. 57 C, 92 B τερπνήν τινα δψιν θαλάσσης, 193 D; ps. 404 C, 477 A ὅγιτω δεῖται δεινός τις καὶ ἄμαχος; hom. 213 C θαυμαστή τις ἔνδον γαλήνη, 540 C, 549 A ψυχὴ . . . λεπτή τις οὖσα καὶ τοερά; adul. 568 C παντοδαποί τινες, 573 C, 577 A θαυμαστόν τι οἷον τὸ κάλλος παρέχειν; ep. 476 A, 524 C εἴπερ μὴ μικροί τινες εἶναι παντάπασιν κήρυκες νομισθεῖμεν (se ipsum dicit Bas.), 916 B δνσχερῆς τις εἰμι πρὸς τὴν τῶν νεωτέρων παραδοχήν (hic fortasse minuens: „etwas“); al. b) pronominalibus (vel pronominalibus): δ (et τὸ) μέν τις (τι) . . . δ (τὸ) δέ τις (τι) v. supra p. 29, πόσος τις („fere“: Eun. 585 A), ὅποιαί τινες (sp. s. 108 A), τοιοῦτος τις (saepe, velut hex. 18 B, ep. 224 B, 680 A), τοσοῦτος τις (e. gr. ep. 221 B), πᾶς τις („wohl jeder“ [Kh. I. l.]) aut „jeder beliebige“ [Kr. 51, 17, 11]: ps. 301 B; sp. s. 80 A, 113 A; ep. 480 C); adul. 576 A αὐτὸς δέ τις ἔκαστος διαστασιάσει πρὸς ἔαντόν; ep. 413 D μηδέν τι (cf. Kh. I 664: „οὐδέν τι, durchaus nicht“ et Bernh. I. l.: „οὐδεὶς τις, schwerlich einer“). c) adverbialis: Eun. 501 C μᾶλλόν τι; sp. s. 204 B ἀνδρας οὐδὲ πάνν τι ὑγιεῖς περὶ τοῦ Πνεύματος τὰς ὑπολήψεις ἐν πᾶσιν ἔχοντα (sc. Origenem [cf. Plat. Lys. 204 d οὐ πάνν τι δεινά ἔστι et Xen. Hell. 5, 4, 45 μηδέν τι πάνν διωκόμενο]; ep. 313 B σχεδόν τι [Plat. et Xen.] παραπλησίως; ep. 229 A εἰ μή τι ἄν sq. coni., 285 D εἰ μή τι πον. Nusquam repperi οὐτω τι („sic fere“) Herodoti proprium, ab Arr. imitando repetitum, ab Aristide et Ael. vitatum, a Philostr. frequentatum. — Quod hom. 528 A legitur δι' ὅν εἶναι δοκοῦσι τινες („aliquid“), antiqua est locutio (Dem. 21, 213), quacum conferas hanc addito articulo notabilem: hom. 360 A τὸ μηδὲν ἡγεῖται σε (paulo post μηδένα). — Quae autem vulgaris sermo inferioris aetatis pronomini τις vel substituit vel addidit, eorum nihil ap. Bas. legi. Neque enim unquam εἰς articuli indefiniti locum obtinet (ut in NTo. [Win. 243 sq.]; Marc. Diac. 27, 5 ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ [eines Tags]; al.) neque τι(ς) ποτε idem valet ac simplex τι (ut in Clem. Hom. [Bl. 182], ap. Epict. [Melcher 73], Marc. Diac., Leont., hodie) neque καὶ abundanter¹) praeponitur (ut in apophthegm. patrum [e. a. 500] 261 B καὶ ἐν, Leont. καὶ μία, hodie κανεὶς et καὶ τι).

7. Quod Bttm. § 127, 33 docet in NTo. ὁ ἄλλος et ὁ ἔτερος promiscue usurpari (cf. prae-terea Compernass p. 15), id non cadit in Bas. haec vocabula recte semper discernentem; manifesto id appareat, ut nil amplius afferam, ex iis verbis, quibus illud NTi. Mt. 5, 39 δστις σε ὁπλίσει ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα σον, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην reddit adul. 576 D: τῷ τίπτοντι κατὰ τῆς σιαγόνος καὶ τὴν ἔτέραν παρέχειν προσῆκε. Neque usurpat ὁ εἰς pro ὁ ἔτερος ut auctor alterius de „hominis structura“ orationis falso olim Basilio ascriptae [Migne II.] 60 A ἐνοῦται ἡ μία (δψις) τῇ ἔτέρᾳ (Teles 60, 3 ὁ εἰς πούς; NT. [Win. p. 245]; Callin. 72, 6; semel vel Ael. VH. 125, 10). Semel tamen indulxit consuetudini vulgari, cum ep. 833 B scripsit ἐπενόησαν ἐνα ἐνι παραδιδόνται (τὴν ἐπιστολήν), quae locutio iam in NTo. legitur (Win. p. 246)²). — Ολοι, quod hodie idem valet ac πάντες [cf. „toti“ = „omnes“ ap. Senec. aliquosque posteriores], hanc vim habere existimo ep. 629 B οὐχ ἡγεῖται (ἡ πατρὸς σον) ἐνα ἀνδρας ἐγμιῶσθαι, ἀλλὰ δι' ἐνὸς ἐκκλησίας ὀλας προσειληφένται falsoque vertisse ed.

1) Retinet ap. Bas. suam vim „saltem“ (ut ep. 1076 A), „auch nur“ (ps. 489 C), „sogar, selbst“ (sp. s. 197 C).

2) Hodie ὁ ἔνας τὸς ἄλλον. Attici usus exemplum unum sufficiat: hom. 517 C ἄλλος ἄλλῳ ἐγκελευόμενοι.

Maur.: „totas ecclesias“¹⁾. Antiquius huius usus exemplum non repperi, sed complura in libris saec. V. (Marc. Diac. 71, 12; Callin. 135, 12; acta s. Pelagiae 5, 23; 15, 16 ὅλα τὰ μοναστήρια [ib. 28 πάντα τὰ τῶν παρθένων μοναστήρια]).

Pars altera.

De verbo.

A. De genere.

I. De activo.

Pro medio genere, quod post saec. IV. a. Chr. n. paulatim in sermone cotidiano exolevisset, consentaneum erat non raro a scriptoribus posterioribus adhiberi activum. Huius usus e Basilio pauca exempla afferre possum. Et id quidem activum, quod ep. 940 D legitur: *τῇ τελείᾳ ἔμῳν προαιρέσει, ἦν ἀεὶ . . . ἐδεῖξατε*, loco illius medii quod Stahl 50 vocat „Med. der Beteiligung“, defendi potest auctoritate Thucydidis (1, 74 προθυμίαν ἐδεῖξαμεν). Sed prorsus alienum ab Attica consuetudine (cf. Stahl 53) est ep. 681 B ὁ δὲ τὸν ἀκούσιον ποιήσας φόνον (= ἄκων φονεύσας)²⁾. — Loco eius medii, quod Stahl 49 dicit obiectivum, tale activum, quale est ap. Ael. NA. 432, 7 ἐπιτίθημι („angreifen“), nunquam videtur B. usurpare, nisi forte hue referre malis ἀποσχέτω, quod infra memorabitur. — Cum reflexivo pronomine coniunctum activum B. adhibet loco simplicis medii (sive „objективi“ sive „indirecti“), etsi vis reflexivi non erat premenda: hom. 520 C ἔαντὸν ἔγκατεμις; ep. 932 A τίνες εἰσὶν οἵς ἀνέμεξαν ἔαντοις; 937 C φυλάξατε ἔαντον τῶν βλαβερῶν διδαγμάτων³⁾; 1028 A μόνην ἔαντὴν (me) ἔλειποντέραν τῆς πόλεως εἰδόσκω; hom. 557 C ἀναμνήσατε τῆς τοῦ Ἰωβ ἔαντον καρτερίας; hex. 193 C ἔαντῷ θησαυρίζει (formica). Explanandi vel opponendi causa iam Atticos etiam eorum verborum, quorum medium in usu erat, activum cum reflexivo usurpare monet Kr. 52, 10, 9. Crevit autem licentia ap. posteriores [Ael. VH. 153, 21 ἐπόμισεν ἔαντῷ ενθυμίαν; in actis sanctorum cerebro σφραγίζειν ἔαντόν, όπιτειν ἔαντόν, simm.]. — Futuri temporis certorum quorundam verborum Atticos semper adhibuisse medium notum est. Id autem semper fere a NTi. scriptoribus, interdum etiam ab atticistis neglectum esse Bl. 44 et Schm. IV 598 docent. E Basilio haec exscripti futura, quibus nonnulla addi posse non negaverim: sp. s. 141 B ἀκούσοντες (NTi. [etiam med.], libb. apoer. [Reinhold p. 74]), hom. 316 A παταγελάσσεις (NT.), ps. 277 C θαυμάσσεις (D. Chr., Aristid., Ael., Epict.), ep. 661 A σπουδάσσομεν (Pol., Diod., Jos., NT.). Contra recte βαδιοῦμα ep. 1032 A, Eun. 501 B; γελάσομαι adul. 588 C, θαυμάσομαι

1) Cf. verba paullo ante scripta: ἐπειδὴ δὲ εἰς λαὸς πάντες οἱ εἰς Χριστὸν ἡλικότες καὶ μία ἐκκλησία ρῦν οἱ Χριστοῦ.

2) Antiquissimum huius verbi ad periphrasin adhibiti activum repperi in titulo Prienensi non ante a. 328 scripto (8, 63 τὴν ἐπιμέλειαν ποιήσοντα), postea invenitur ap. LXX (Ex. 29, 16 ἱερῷ τὴν θεριαμοῦ ποιήσεις), saepius in NTo. (Bl. 187), praeterea ap. Plut. (Crass. 13, 6 φύλον ποιεῖν). Vulgatum saeculo II. usum testatur et defendit Atticista his verbis: ποιαγήν ποιῆσαι ἀντὶ τοῦ ποιαγάσαι. Saepius activum quam medium usurpatur saec. V. a Marc. Diac. et Callin. (ex hoc cf. cum loco illo 98, 21 ἥλθες ὅδε φόνους ποιῆσαι); de frequenti ap. Byz. usu activi v. Hatzid. 198.

3) Cf. LXX Iosu. 23, 11 φυλάσσοσθαι τοῦ ἀγαπᾶν. Nihil dicit Garnerius cum annotat: „legendum videtur φυλάξαι ἔαντον“, cum sic non tollatur insolentia activi, tollatur convenientia formae cum proximis imperativis στήκετε, περιβλέψατε, ἰδετε.

c. V.
ārta

ep. 1044 B, *κλαιάσομαι* ep. 364 C, *σιωπήσομαι* 501 D. — Eorum verborum, quorum solum medium Atticis usitatum erat, sive deponentium activum adhibendi consuetudo cum ante Basilii aetatem interdum comparuit (ut *βιάσαι*, *διαλέγειν*, *δωρῆσαι*, quae activa ab Antiatticista probantur, κτῶ ap. Galenum, scriptorem satis elegantem, nonnulla minus mira ap. Philostr. [Schm. IV 73]) tum postea ita percrebuit, ut hodie quoque in usu communi sint *ἀποκτῶ*, *ἔξηγω*, *θυμώνω* (= *θυμοῦμαι*), *σημειώνω*, alia multa. Ap. Bas. unum exemplum deprehendi eo magis mirum, quod est in oratione omnium accuratissime scripta: adul. 572 C *αἰδέσσαι* (Ulixem) *τὴν βασιλίδα γανέντα μόνον* (eadem significatio transitiva „vere-cundia imbuere“ ap. Greg. Naz. IV, 103 A).

isset,
auca
néset,
otest
e (cf.
iedii,
en*),
:
—

sive
εἰσὶν
(me)

93 C
quo-
a ap.

ντόν,
uisse
ctum
posse
16 A
Pol.,
'ompa

ιοτοῦ.
cripto
187),
erbis:
x hoe

λάξαι
οιβλέ-

Passivi loco ponuntur aliquot activa potestate intransitiva: ep. 589 B *ἀφ' ὅν τὰ μὲν ἐκείνων αὐξῆσει*, *τὰ δὲ ἡμέτερα μειωθῆσεται* (primum sic ap. Aristot., deinde per omnes aetates [etiam in NT. et ap. atticistas] usque ad nostram); 668 A *τῶν ἀποσχισάντων* („schismaticorum“; sed. ib. B *οἱ Καθαροὶ καὶ αὐτοὶ τῶν ἀπεσχισμένων εἰσί*; pariter activum (*ἀπο*)*σχίζω* ap. Ign., Cels., Orig., Eus., Byz., nostrae aetatis Graecos); ps. 388 B *πάλιν ἀρχεται* (homo, ubi *ἀκμὴν* egressus est) *κατὰ μικρὸν σφαιρεῖν πρὸς τὸ ἔλαττον* („minui“: quam activi significationem nusquam alibi repperi); 1040 D *πάντας ἐπιβάλλειν κρίνων* sq. inf. et sp. s. 217 A *τὸ ἐπιβάλλον* (officium) *ἐκτελεῖν* (initia huius significationis iam ap. Herod. et Dem.: „auf einen entfallen, ihm zukommen“; hodie *τὸ ἐπιβάλλον* „der gebührende Teil, die Quote“, pass. *ἐπιβάλλεσθαι* „geboten, erforderlich sein, sich gebühren“).

II. De medio.

Quo rarer medii in sermone communi usus factus erat, eo magis scriptores elegantiam orationis consequentes grammaticis auctoribus [Moeris p. 253: *οὐκ ἐπράττον*, *Ἄττικῶς*. *οὐκ ἐπιράττες*, *Ἐλληνικῶς*] illud frequentabant, idque adeo, ut numerus mediorum ab his usurpatiorum multo maior esset quam temporibus antiquis, quibus constat nequaquam eiuslibet verbi medium in usu fuisse (Kr. 52, 10, 9). Illum igitur morem secutus Bas. non modo medium nonnunquam activo praetulit, ubi Atticis utrumque genus verbi usitatum fuerat, velut *ἀπορεῖσθαι* ep. 224 B; *βεβαιοῦσθαι* hom. 525 A; *προϊδέσθαι* (i. e. futura prospicere, cf. Kh. I 102) hex. 184 C, adul. 584 C, ep. 705 A; *προτρέπεσθαι* hom. 297 A, sed etiam ubi Attici certe activum posuissent, cum medium aut inusitatum eis esset aut aliam vim haberet: *ἀπαριθμεῖσθαι* ep. 924 B; *ἀπογράφεσθαι* hex. 129 A (*πρὸς ἀκριβεῖαν τὴν ὥραν ἀ.*, sc. astrolagum, non sibi sed aliis), 132 C, ep. 776 A (*ἐν ᾧ [διαλέξει] πολλὰ τῶν ἀπογραψαμένων* [librariorum] *ἔστι σγάλματα*); *ἀποκλαιόμενος σεαντόν* (temet ipsum deflens) hom. 444 B [medium olim solis tragicis poëtis usitatum; Theodor. v. s. Theodos. 78, 4 *ἀποκλαιομένων* intrans.; hodie *κλαιέσθαι* aut „jammern“ aut „sich beweinen“]; *ἀσχολεῖσθαι* hex. 32 B (*ἡσχόληται περὶ* et 77 B, ep. 996 D [ap. D. Chrys., Aristid., Hippol. philos. (1, 4 *ἀσχοληθεὶς περὶ*), quater in Orig. comm. in Io., etiam hodie]; *διαχονούμενοι* (*Νικοπολίταις*) ep. 917 C [Luc., Philem., Theodor.; sed ap. Atticos „sibi ministrare“]; *δνσαρέστεῖσθαι* hom. 252 C [Aristot., Pol.]; *ἐπιτηδεύεσθαι* ep. 889 B; *περιβλέπεσθαι* hex. 65 C, hom. 209 D, 465 B, 301 B, ep. 365 B, 457 A, 244 B (*περιβλεψαι τὸν κόσμον ἄπαντα . . . ἀνάβλεψον πρὸς τὸν οὐρανόν*), 937 D [Pol., Ps.-Long.]; *πιστοῦσθαι* (i. e. probabile quid facere, fidem rei facere) hex. 124 B, hom. 197 A [pariter ap. Lue., Plut., Herod.; de homine ap. Theodor. 30, 15 „beglaubigen“; ap. Atticos: sponsionem (invicem) facere]; *προβλέπεσθαι* hex. 64 C, 116 B, hom. 249 A, sp. s. 208 C [cf. Hebr. 11, 40 *τοῦ θεοῦ προβλεψαμένον* et Theodor. 95, 15; activum Bas. adhibet verborum *ἀναβλέπω* ep. 244 B, hom. 245 D; *ἀποβλ.* hex. 193 C, hom. 252 B; *ἐπιβλ.* hom. 317 C]; *ὑπηρετεῖσθαι* hom. 289 B, ep. 888 B, 961 A [iam Herod. 1, 108; non Attici neque atticistae superiores, sed Porphy. v. Plot. 8, Heliod., Syn., Theodor.]. — Eis autem mediis, quibus etiam Attici utebantur iisque idem significantibus, Bas. interdum abundanter adiungit reflexiva, ut hex. 100 C *τὰ οἰκεῖα καὶ σύμφυλα πρὸς ἐπισπᾶται*;

192 C δύον τε γὰρ ἐκτίσθη ἔκαστον καὶ συνεπηγάγετο ἔαντῳ τῆς φύσεως τὸ ἰδίωμα; ep. 308 C πρὸς ἔαντὸν πάλιν ἀνεκαλέσατο (sc. deus sanctos morte; sed recte 389 C παρακαλεσάμενος ἡμᾶς ἔργη); sp. s. 165 A τὴν καρδίαν ἔαντον συγκεκάλυπται (cf. NT. Acta 7, 58 ἀπέθεντο τὰ ἴματα αὐτῶν; sed recte Bas. e. gr. hom. 233 B καταρρήξομαι τὴν ἐσθῆτα). Hunc pleonasmum ap. posteriores scriptores, in primis Byz., percrebuisse docet Hatzid. 197. Ceterum Atticos quoque pronomen illud adiecisse ea mente, ut vis medii reflexiva premeretur, probant Kh. I 111 et Stahl 66, 2. Hac de causa non discrepare ab Attici sermonis consuetudine existimandi sunt hi loci: ep. 480 C οἱ δὲ ἀνθρώπων ἔαντοῖς τὴν δύναστελλεν καταπιησάμενοι (sc. episcopi; oppositum intellegere licet ἄλλους sive „propter gregem“), 517 B καὶ κτῆσαι παρὰ τῷ Κυρίῳ μεγάλην ἔαντῳ εὐλογίαν (antecedunt verba καὶ ἡμᾶς τίμησον), hex. 32 C παρ' ἔαντον συμβεβλῆσθαι, 69 C ἔαντοῖς διοικούμενοι, adul. 584 A μύροις ἔαντον ἀναχρώννυσθαι (post verba ἀτμούς γε μὴν . . τῷ ἀέρι καταμιγνύεται). — Vim proprie passivam aoristi medium nunquam habet ap. Bas. ut λεπόμην et ἐσχόμην ap. antiquos (Kh. I 117 sq., Stahl 67), καθήρασθαι ap. Syn. (Fritz 97). [Quod unum ex atticistis Schmid profert exemplum: Philostr. Ap. 141, 2 λίποισθε, mutandum censem in λείποισθε.] Ac ne futuri quidem medium loco passivi usquam, quod meminerim, Bas. adhibuit, quamquam illud pro atticismo habitum (Moeris p. 334: τιμήσεται, Ἀττικῶς, τιμηθήσεται, Ἑλληνικῶς) crebro a κοινῆς scriptoribus elegantioribus et a sophistis Luc. Aristid. Philostr. (uno tamen loco ab Ael.), interdum etiam ipsius aetate a Syn. (Fritz 97) usurpatum est. — Universum medii usum Basiliandum respicientibus nobis et considerantibus, ad quantam alii licentiam progressi sint cum ante Bas. (velut Philo: ἐλπίζεσθαι, Plut.: ἀγνοεῖσθαι γελᾶσθαι εἰπέσθαι, Luc. et Philostr.: ξήσεσθαι, libb. apocer.: πίπτεσθαι), tum postea (Callin.: πανάσσεσθαι τινα [rursus ἀναπανέειν, requiescere²], Byz.: μέλλεσθαι, θαυμάζεσθαι, προτιμᾶσθαι, φθονεῖσθαι, χαίρεσθαι), cognoscere licet eum in dilatando mediū usu sano ut illis temporibus subtilique iudicio usum esse minimeque in illum quidem cadere quod Hatzid. 196 dicit: „die Späteren besaßen das Gefühl für die verschiedenen Bedeutungen der Medialformen nicht mehr, vor allem was das dynamische Med., das des Interesses und das Med. διάμεσον betrifft“¹).

III. De passivo.

Haec duo sunt memoranda, primum ex recentiorum consuetudine nonnunquam Basilium passivum posuisse pro medio, velut ἐγαντάσθη (hex. 4 A ὡς τινες ἐγαντάσθησαν [opinati sunt], 7 A, 56 A, al.)²) et ἀποκριθήσομαι (hom. 288 C)³), deinde complurium verborum intransitivorum vel cum dativo personae iuxta acc. rei fere copulatorum personali qu. d. passivo usum esse parem Atticorum in iisdem vel similibus verbis consuetudinem secutum: hex. 121 C ἐν ταῖς τῶν βεβιωμένων ἡμῖν ἀνταποδόσεσι; idem genitivus neutrius 328 C, ps. 237 B, 240 B, sp. s. 120 B, ep. 652 A, 1001 B; praeterea hom. 544 B κατόπιν ἀεὶ τὴν βεβιωμένην ἡμέραν ἔων [cf. Dem. 18, 265 τὰ σοὶ κάμοὶ βεβιωμένα]; ep. 585 D ἐπὶ τοῖς προπεπονημένοις ἀποδοῦναι ἡμῖν τὸν στέγανον, 587 C τὰ πονηθέντα ἡμῖν, item 660 B et C [cf. Dem. 5, 20 τῶν αὐτοῖς πεπονημένων]; saepius πεπιστενματι c. acc. rei (ut ps. 261 B, 264 A, 472 B, hom. 405 C, ep. 397 B; quae structura attica retinebatur sermone communi: Pol., NT, act. ss., Leont.); ep. 289 B οἱ ἐπιτεταγμένοι τὴν φροντίδα [cf. act. s. Christoph. 58, 5 οὐ προστέ-

1) Vel grammaticos interdum errasse in diiudicandis mediī significationibus iam II. s., etiam magis IV., e testimoniis ab Hatzid. l. l. allatis appareat, quibus addas Greg. Cor. p. 171 sq. In vulgari sermone nostrae aetatis nulla superstes forma mediī (aor.) propria (Thumb 69), sed passivo retinentur significationum mediī antiqui aliquot vestigia, eaque plura „directi“ mediī (ut λόγ[η]σομαι) quam „indirecti“ (ut διαρέζομαι) aut „dynamici“ (ut κλαίεσθαι).

2) Medium φαντάζεσθαι non ap. Atticos legitur, sed ap. Plut., Epict., Ael., Eus., Cyr. H., al. — Talem aoristi. passivi usum posterioribus saeculis, praesertim Byz., magis magisque propagatum esse hodieque vigere demonstrat Hatzid. 193 sq.

3) Iam ap. LXX. Ex atticistis nullum tale futuri passivum Schm. IV 599 affert nisi ἐναρτιωθήσομαι e Luc.

προς; sp. I recte s, in- se ea lisere-
ς τὴν 517 B
32 C νοσθαι
nun-
a ap.
μοσθε,
erim,
τετα,
amen
usum
ante
libb.
μέλ-
i usu
tzid.
nicht
issi-
7 A, sum
i in
τα-
erea
ep.
tem
B,
T., τέ-
sti-
rest
ura
sti.
sq.
ταγματικούς θένειν ματαίοις; Theodor. v. Theodos. 86, 23 ἐπιτερῷαμένῳ λειτουργίαν; Νέον "Αστυ 11 Λεξ. 1910: οἱ ἐπιτερῷαμένοι τὰ τῆς Θρησκευτικῆς λατρείας]; hom. 313 B ἵνα τὴν ἐπιμετρηθῇ τὴν ἀναγκαῖαν τροφήν; 320 B πῶς φύκονομήθῃ τὸν βίον (victus ei dispensabatur); hom. 192 A οὐδὲ ἡρεμεῖν συγχωρεῖται (conceditur ventri), ep. 313 B συνεχωρήθησαν sq. inf. (eadem structura personalis ap. Eus. h. e. 748, 24 et Theodor. 37, 10).

B. De tempore.

I. **Praesentis** usus Basilianus cum non discedat a norma Attica, tantum memoro historicum illud, quod cum universis linguis commune est tum Graeci sermonis aetatibus omnibus¹⁾ (Pol. [saepissime], LXX. [raro], NT. [saepius], atticist. [crebro], eccl., Byz., hodie), in eis orationibus, quae e genere laudativo sunt (in Iulittam martyrem, Gordium mart., quadrag. martt.), nusquam inveniri (excepto vocabulo tritissimo γῆστιν, i. e. inquit vel inquiunt), quamquam plurimis locis oratione concitatiore et ἐκφράσσει insignibus facile poterat usurpari; fortasse ibi evitatum est a Bas. ob rhetorum praeceptum convenire illud τῇ ἀδελείᾳ docentium (Aristid. rhet. II 13, 24).

II. **Imperfectum**, de quo Schenkel (Burs. Jahresb. vol. 38 p. 274) haec dicit: „In der *Kouṇή* ist das Imperf. allgemeines Praeteritum geworden und hat teilweise den Aor. verdrängt, weshalb wir beide Tempora ohne Unterschied gebraucht finden“²⁾, a Bas. congruenter mori Attico usurpari solet solosque hos locos repperi offensionis aliquid habentes: hom. 501 B καὶ ξύρος ἐγύμνουν καὶ τὸν δῆμον παρεστήσατο καὶ . . . θανάτῳ πατεδίκαζε τὸν μακάριον et 377 A τί τὸν γενναῖον Ἰωσῆγε δοῦλον ἐποίησεν; . . . φοβηθέντες γὰρ τῶν ὀνειράτων τὴν ἔκβασιν δοῦλον ἐποίουν τὸν ἀδελέγον (hoc tamen fortasse i. q. facere parabant, facturi erant: Stahl 101 sq.).

III. **Perfectum** Bas. adhibet

1. pro praesente idque non solum ut status declaretur e facto aliquo ortus (Stahl 107, 2: „das extensive Perf. hat zugleich einen praeteritalen Bestandteil“), verum etiam ubi praeteriti temporis significatio nulla cernitur formaque perfecti ampliore aut vis vocabuli augetur aut idem ac praesente significatur (Stahl 1. 1.: „das intensive Perf. ist rein praesentisch“ et 108: „die Intensität konnte sich natürlich im Laufe der Zeit bis zur Unkenntlichkeit abschleifen“). Partem igitur exemplorum his unciis [] includam, ut talia perfecta ea esse indicem, qualia Stahl vocat „extensiva“ sive ad praeteritum quoque tempus pertinentia. a) Perfecta generis activi: [βέβηκα: ps. 357 A τὸ βεβηκός καὶ εὐσταθές τῆς ψυχῆς, 464 A οἱ μήτε ἐπὶ τῆς γνώμης δεὶ τῆς αὐτῆς βεβηκότες, 493 A βεβηκότα δὲ ἦδη τοῖς λογισμοῖς, sc. aetate corroborata (cf. Kh. I 148, 3: „ich stehe fest“ et A. Jahn. symb. ad Philostr. p. 49); itemque composita: ps. 295 C ὁ Κύριος ὁ τοῖς πᾶσιν ἐμβεβηκώς, 241 A δικαιοσύνη ὑπεραναβεβηκυῖα τὴν τῶν ἀνθρώπων (paullo post ὑπερέχοντα), 449 B et Eun. 656 A et 657 C ὑποβέβηκε „inferior est“]; [βεβηκώς c. adverbio: Eun. 564 C]; διενήροχα: hex. 192 A (praeusto), Eun. 577 C, 580 A, 629 D, 636 C, hom. 252 B (differo), 349 A, 464 C, ep. 285 C (item ap. Luc., Aristid., Philostr.); ἐσπούδακα: hom. 204 C, ep. 611 A (περὶ τινα, studiosus sum alicuius), ep. 229 A (partic.: „studens“), 425 A („festinans“), 288 B („studens“): saepe iam ap. Atticos (cf. Plat. Phaed. 234 d δοκῶ σοι παῖξεν καὶ οὐχὶ ἐσπούδακέναι), postea ap. atticistas participio potissimum qualitatem significantes; ἐσχολακώς περὶ c. acc.: hex. 129 B, ps. 476 C, Eun. 641 A, adul. 584 A, sp. s. 76 A; ἥλπικότες: sp. s. 188 B, 196 D, ep. 629 B, 652 D, 896 A, 940 A; κέκραγα (ut ap. antiquos, cum postea frequentaretur κράζω): Eun. 664 B, hom. 553 B, sp. s. 209 C, ep. 369 D (βοᾷ καὶ ξ.), 380 C; κεκρατηκώς: Eun. 508 B (sed 509 C verba Eunomii: τὴν κρατοῦσαν ἄνωθεν παρὰ τῶν Πατέρων εὐσεβῆ παράδοσιν), ep. 1048 B (νόμον θεοῦ πάλαι κεκρατηκότα, „vigentem“), 1052 A

1) Nisi quod nusquam legitur in Homeri carminibus suapte natura leniter aequaliterque fluentibus.

2) Ap. Philon. paene promiscue, ap. App. locis 168 imperfect. pro aor., aliquot etiam ap. Luc. et Syn., uno ap. Act.

(cf. Plat. Alc. 104 c *κεχράτηκας*, „superior es“); *κεχηνώς* (ut ap. antiquos, cum *χαίνω* sit posteriorum): hex. 129 B, ep. 332 B; [*κεχώρηκα*: Eun. 528 C, 661 C] *μέμηρα* (ut antiquitus „ich bin von Sinnen“): hom. 545 C; *νένευκα*: hom. 216 C (*πρὸς τὴν γαστέρα*: item ap. Philostr.), hex. 192 A (*προσ-*), adul. 584 A (*συννενευκότας ξῆν*); *νενόηκα*: ps. 317 A („intelligunt“ vel „intellexerunt“), 524 C („cogitantis“); *νενόμικα*: hom. 561 B (Herod., Plat.; similiter ab Atticis usurpabatur *ἡγηματικός*, quod semel etiam in Pauli apud Agrippam oratione, Act. 26, 2, legitur); *νενοσηκός*: ps. 212 A, Eun. 504 C, ep. 901 C (*εὸν μὲν νενοσηκός, τὸ δὲ ἔγαπεν*), 937 D, *πεπίστευκα* (NT., Ios., Ael., Philostr.): adul. 564 C (*ἀ βέλτιστα εἶναι κρίνω καὶ ἀ ξυνοίσειν ὑμῖν π.*), ps. 237 A, 329 B, 340 A, 364 B, 397 D, 421 C, Eun. 568 B et D, 604 A, 664 A, 665 B, sp. s. 176 B, 193 C, 197 B, ep. 249 B, 253 C, 456 A, 497 C (certo scio), 533 A (confido), 653 A, 865 C, 877 A, 900 B, 929 A, 1044 C; *πεπονηκώς* (Aristid., Ael., Philostr.): ep. 585 C, 900 B (*ἥμιν ἐν πολλῷ χρόνῳ πεπονηκόσι* i. e. iam diu laborantibus); *πέπονθα* (antiquitus [Stahl 112, 2], etiam ap. Aristid. et Philostr.): hom. 252 C; *πεφροντικώς* (ut ap. atticist.): Eun. 604 C, ep. 488 D (cf. *πεφρόντικα*, „sapis“, in Iuliani ad Bas. ep. XL); *τεθαύμακα* (antiquitus, etiam ap. Ael. et Philostr.): ps. 417 C; *τετίμηκα*: Eun. 513 B (*τοῖς τὸ δοκεῖν πρὸ τοῦ εἶναι τετιμηκόσι*, i. e. qui malunt), ps. 288 C; b) generis medii et passivi: [*ἀπεξένωται*: sp. s. 93 C sq. gen. „alienum est“, 189 A *τὸ ἀπεξενομένον*, „novitas“]; [*γεγένημαι*: ep. 636 A „ich lebe“; cf. *γέγονα* 448 B et 864 B „(be)finde mich“]; [*διαβεβόημαι*: ep. 660 B „ich werde gefeiert“]; *διεσπούδασμαι*: hom. 180 C; *ἡγνόημαι*: hom. 356 D („non agnoscor“, cf. *ἡγνόηκα* ap. Syn.); [*ἡλλωτρίωται*: Eun. 652 A *τοῦ Πατρός*, „alienum est“]; [*ηξίωται*: ep. 625 C *παρὰ τῷ προφήτῃ μεγίστης κατηγορίας ἡ·*]; *ησχόληται περὶ τι*: hex. 32 B („versatur in“, cf. Orig. in Io. 214, 6); *ητημαι*: ep. 601 B (etiam ap. Ael.); *κέχοημαι* (Tel., Pol., Phil., Ios., Epict., Polyaen., atticist., Syn.): hex. septies, ps. undecies, Eun. bis (604 A respondet praegresso *χρῆσθαι*), hom. septies decies (409 C *κεχοημένος* in sequente *χρώμενος*), adul. 585 C, sp. s. ter decies, ep. quadragies semel; *νενόμισμαι* (Herod.): ep. 909 A; [*παρήλλαγμαι* i. e. „differo“ (attice *παραλλάττω*): Eun. 577 C, 628 C, 632 B, sp. s. 73 B]; *πεπίστευται* („creditur“): sp. s. 168 C et 169 A; *πεπλανημένος* (Luc., Ael., Philostr.): hex. 96 B, ep. 569 A (*πεπλανημένας τὰς φύμας εὔρισκον*, „incertos rumores“), 825 C; *τὸ πεφυλαγμένον*: ep. 649 A; [*τετάμαι*: hex. 124 C, respondet verbo *ἀποκλίνει*]; *τετίμημαι*: ep. 764 B *παρ’ οἷς ἀγρυπνίᾳ... τετίμηται* („in honore sunt, coluntur“; cf. Thuc. 2, 45, 1), Eun. 665 C (ib. D et 620 B *προτειμῆσθαι*, „praeferri“); *δέμημένος*: ep. 628 C (*λέγειν ὁ. dicturus*; act. perf. ap. Aristid. et Philostr.). — Consentaneum erat huic usui, quem apparebat ap. Bas. aliquanto latius patere quam ap. Atticos, plus quam perfectum pro imperfecto usurpare, neque tamen plura exempla inveniuntur quam haec: hom. 281 B *εἰ ἡγαπήκεις σον τὸν πλησίον* (cf. Himer. or. I 15 *ἡγάπηκα*) et sp. s. 1000 B *κατεκέχοητο* (cf. de plusquam. Schm. III 75). — Postremo hic memorandum est, e more posteriorum (etiam atticistarum: Schm. I 241, II 53, III 74, IV 77 sq., Fritz 100) infinitivum perfecti interdum ponit a Bas. post δεῖ similiaque verba, ut *δεδέχθαι*: ep. 949 C *κανδυνεύει γὰρ αὕτη* (ecclesia Antiochena) *μάλιστα δ. τὰς ἐπιθυνλὰς τοῦ ἐχθροῦ*, quae verba non vertenda duco ut in ed. Maur.: „periculum est ne ...“, sed „videtur excipere“ sive „den A. ausgesetzt zu sein“; *δεδούλωσθαι*: ep. 289 B *οὐ δεῖ οἴνῳ δ.*; *κατεσκευάσθαι*: adul. 581 B *φρυνὶ δεῖν καταφρούγθαι*: ib. 584 B *τῷ μὴ κ. μέλλοντι* (soll. will); *κεχούγθαι*: ep. 705 B *ἀνάγκῃ ὑπὸ δωματίῳ κατέάγθαι*: ps. 472 B *δεῖ τῷ Δεσπότῃ ὑποτετάχθαι*, Eun. 588 B *εἰ δυνατὸν τὸ ὄνομα τοῦτο καν’ αὐτῆς τετάχθαι τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ*, „von ... gebraucht werden“ (cf. ps. 249 B), sp. s. 109 D *χρὴ.. συντετάχθαι*, 121 B *δίκαιον τ.*, hex. 172 B *τὰ δὲ ὑψὸν ἡγεμόνι τ. καταδεχόμενα*. Ex antiquis conferre licet Dem. VI 19 *βέλτιον... πρὸς ἴμας ἔστιν εἰρῆσθαι*.

2. pro aoristo. Exempli causa afferam ea enuntiata, ubi perfectum excipitur aoristo aut hic illo: hex. 25 A—B *καὶ οἱ μὲν... εἰρήκιστιν, οἱ δὲ ἐπεισήγαγον*, 73 D, 113 B, 121 A *ἐνέφηνεν... εἰρήκεν*, hom. 457 B *κείσες παραλέλυται, οἱ πόδες ἀπενεκρώθησαν*, 532 D, 540 C, 548 B *πολλοὶς γοῦν ὁ κόρος ἡγαγεθάνατον καὶ τοῦ μηδενὸς ἀπολαύειν* εἰ γεγένηται (pro aor. gnom.) *πρόξενος*, 557 A, ep. 264 A

Dὴν γὰρ Παῦλος ἔξανάστασιν εἶρηκε, ταῦτην Δαβὶδ ἀνακαίνουσιν προστηγόρευσε, 445 Α, 449 Κ, 485 Α, 496 Κ, 789 Α, alibi. Quamquam in omnibus fere locis perfectum per se ipsum Atticae rationi non repugnat — cf. Thuc. 1, 21 οὐτε ὡς ποιηταὶ ὑμνήσασι... οἴτε ὡς λογογράφοι ἔννέθεσαν —, tamen inde quod tam saepe in eadem sententia cum aoristo aequatur, conicere licet Basilium non aliud genus actionis, quod vocant, perfecto, aliud aoristo declarare voluisse, sed solo varianda orationis studio ductum esse. Desierant enim iam inde a Polybii temporibus haec tempora diligenter discerni¹⁾, quo factum est, ut diu perfectum frequentius usurparetur, Byzantina autem aetate, cum reduplicatione sublata forma eius ad aoristi similitudinem proxime accessisset, magis magisque raresceret, donec effectum est, quod hodie cernimus, ut una supersit in vulgari sermone perfecti activi forma: εἴρηκα (Thumb 94). Basilius tamen non est usus tanta licentia, ut rem praeteritam eo significaret ante aliam praeteritam factam (sicut saepe Eus.: v. indic. Schwartzii s. v. Perf.) aut cum particula ἀν modum potentiale vel irrealen significante (ut Galen. IX 607, Orig. III 89 et VIII 98) illud copularet ant coniunctioni εἰ condicionem irrealen declaranti subiungeret (ut Orig. III 89 et Eus. h. e. II 9, 4). Quod autem perfectum legitur Eun. 537 Β τοὺς γὰρ μήτε εἰλημένους μήτε λεχθέντας ποτὲ λόγοις ὑπὸ διαιρέσεν ἤγαγεν oppositum aoristo verbi idem significantis, ei antiquam vim subicere possis interpretando: „quae neque scripta legimus [sic enim saepius usurpatur εἴρηκε, cf. supra ep. 264 D] neque quisquam unquam effatus est“, nisi forte causam malis e falsa illa opinione repetere, quae hoc praecepto Ammonii, grammatici saec. IV., exprimitur: ἀπέθανε μὲν νῦν, τέθνηκε δὲ πάλαι, ὡς περιεπάτησε μὲν ὁ δεῖνα σύμερον, περιπεπάτηκε δὲ πάλαι.

IV. Plusquamperfectum pro aoristo (cf. Schm. III 75 et indic. Bonnet. p. 382; saepissime ap. Euseb.) aut perfecto (duo ex apocr. exempla affert Bonnet) nunquam Bas. usurpavit nisi semel ad id tempus relatum, quo epistula accepta est: ep. 581 Α αὕτη (Ιζόνιον πόλις) καλεῖ [annotationi Marani: „Harl. et Coisl. primus κεκλήκει“ adicere possum etiam in cod. Monacensi 497 legi κεκλήκει] καὶ ἡμᾶς εἰς ἐπίσκεψιν, ὥστε αὐτῇ δοῦναι ἐπίσκοπον. Τετελευτήκει γὰρ ὁ Φανστῖνος. De Attico more in epistulis usurpandi aoristum et perfectum cf. Kh. I 168. — Plusquamperfecti pro imperfecto positi supra mentionem fecimus.

V. Aoristi pro nostro praesente adhibiti duo genera memorabo: aoristum gnomicum et prolepticum.

1. Aoristus gnomicus, qui retinebatur ab elegantioribus κοινῆς scriptoribus (ut Pol. et Phil.)²⁾ et ab atticistis ac ne hodie quidem in erudito sermone prorsus evanuit, a Bas. frequentissime usurpatur, praecipue in similitudinibus (sicut ab Hom. aliisque poëtis: Stahl 134, 2, Kh. I 161): ps. 309 Α (de palaestra, post particulam ἀσπερ), adul. 569 Κ οὐτε μὴν .. ὅλα φέρειν ἐπιχειροῦσιν, ἀλλ’ ὅσον αὐτῶν ἐπιτύχειν .. λαθοῦσαι τὸ λοιπὸν χαίρειν ἀφῆκαν (de apibus), hom. 168 Κ (de navi fluctibus agitata), 200 Α (de naufragio), 396 Κ (de schola), 417 Κ (de mari), ep. 896 Α (de grandine et torrente) et in aliis descriptionibus (similiter atque ab Herod. et Plat.: Stahl 133): hom. 169 Α (ter), 200 Κ, 268 Κ πολλάκις ὄφησας καὶ πολλάκις ἀνακοπεῖς τελευταῖον ἐκρατήθη (pater pauper, qui deliberat num liberos vendat; praecedunt praesentia); in hom. de ira non semel ad depingendos iracundorum mores et habitum: 356 Α, B, C, 357 Α, 361 Κ, 365 B. — Principalis aoristi vis praeterita significantis magis eminent cum additur πολλάκις, ut non raro ap. Bas., velut hom. 233 D καὶ πλοῖον πολλάκις ἐκ θαλάττης διασωθὲν .. μιᾶς προσβολῆς πνεύματος ἡγανίσθη. Στρατόπεδα δὲ .. πολλάκις .. ἐλεεινὸν θέαμα .. γέγονεν. De perfecto gnomico, quod hic legitur et Eun. 660 Β ὥσπερ ὁ σίδηρος ἐν μέσῳ τῷ πνοὶ κείμενος τὸ μὲν σίδηρος εἶναι οὐκ ἀποβέβηκε (postea μεταβέβηκεν) et ep. 548 B, Stahl 119 docet:

1) De NTo. v. Bl. 204. Eadem confusio ap. Ios., Plut., App., eccl. (ex apocryphis quidem libb. Bonnet non minus centum sex locos affert), nonnunquam etiam ap. atticistas (excepto Aristide).

2) In NTo. nusquam eum inveniri affirmat Win. p. 248, perraro (ap. Iac. et Petr. in similitudinibus) Bttm. p. 175 et Bl. p. 198.

„viel seltener als der empir. Aor. . . ., am häufigsten findet es sich in der Komödie . . ., aber auch hier und da in der Prosa.“

2. Ut rem declararent alteram extemplo vel necessario sequentem aut secuturam, Attici perfecto utebantur, quod Bttm. § 137, 4 vocat prolepticum¹⁾. Basil. hoc raro usurpat: hom. 373 B πονιάται (invidus) καὶ ἀπόλωλεν ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ps. 260 C ὁ δὲ μὴ δμυύων τὸν τῆς ἐπιορχίας κίρδυνον διαπέγενε, ep. 645 A εἰ δὲ μακρύνεις (a. l. -οις) ἀφ' ἡμᾶν (diutius aberis), τοῦ βαθμοῦ πάντως ἐκπέπτωκας (deicieris), 625 A ἔδει δὲ καὶ μικρὸν . . . ἐπανεδραμόντα ἀπηλάχθατ πραγμάτων (i. e. sofort die Schwierigkeiten los sein; ceterum cf. supra p. 42 inf. perf. post δεῖ). Multo saepius sic utitur aoristo ap. Atticos satis raro (Stahl 135, 1)²⁾, ita tamen, ut plerisque locis eundem aoristum liceat intellegere gnomicum sive empiricum: hex. 17 A, 25 D τὸ γὰρ ἡμαγκασμένον . . . ταχὺ διελύθη εἰς τὰ ἔξ ὅν συντεθῆ, 69 A (additur ταχέως), 84 B (add. πολλάκις), 100 A πνερτός εἰς . . . καὶ [pressius et gravius pro πνερτοῦ ἐγενομένου] ἡ δόξα ἐκείνη ὥσπερ ἐνύπνιον ἀπηλέγχθη 109 A, 129 A ὅμοι τε γὰρ ἐτέχθη τὸ παιδίον καὶ ἡ μαῖα κατασκοπεῖ τὸ γεννηθὲν ἄρρεν ἢ θῆλ . . . Εἶπε τῷ Χαλδαίῳ τὸ γεννηθέν (i. e. „gleich meldet sie“; cf. Dem. IV 44 ποὶ οὖν προσορμούμεθ'; ἤρειό τις ἄν: „fragt da gleich einer“), 132 B (enuntiatum particulae ἐπειδάν subiunctum sequitur praesens, deinde duo aoristi), 141 A (post πρίν), 152 B; ps. 212 C (post ἐπειδάν, add. εὐθὺς), 221 B ἐπὶ τῶν ὁδενόντων (peregrinatum in hac vita) ὅμοι τε ὁ πρώτος τὸ ἵχνος ἐκίνησε καὶ εὐθὺς ὁ μετ' αὐτὸν τὴν βάσιν ἡγεγένεται, 225 C (add. εὐθὺς), 265 C (post ἐπειδάν), 268 A ὁ γὰρ τόκος ἐαντὸν ὑπεύθυνον καταστίσας . . . δοντείαν αὐθιστετον κατεδέξατο, 273 B σφοδρῶς εἰσέδραμε τις· τοῦ δὲ (debitoris) ἐπάταξεν ἡ καρδία („gleich pocht sein H.“), ib. οὕτω γὰρ ἐδέξω εἰς χεῖρας (τὸ δάνειον) καὶ τοῦ παρόντος μηνὸς ἀπητήθης τὴν ἐργασίαν καὶ τοῦτο πάλιν δανεισθὲν ἐτερον κακὸν ἐξέθρεψε, 360 A, 392 B, 457 B, 481 A ὥσπερ ποταμὸς . . . ἐγγέζει μὲν τοῖς παρεστῶσι τῇ ὥχθῃ, ὅμοι δὲ ἦψατο καὶ εὐθὺς ἀνεχώρησεν; hom. 257 D, 552 C (add. εὐθέως); sp. s. 177 B post ἐὰν ἀκούσαμεν: προσεδιδάχθημεν (paullo ante μεμαθήκαμεν: certo scimus), C post ἀκούσαντες: εὐθὺς ἐννοήσαμεν (continuo cogitamus), 213 A bis post καν c. coni. aor. (in allegorica descriptione pugnae navalis); ep. 477 A.

VI. **Futurum** cum iam Romana aetate coepisset in usu vulgari rarescere, varia in eius locum substituebantur. Horum perpaucia ap. Bas. invenias. Praesentis enim, cui antiquis iam temporibus interdum futuri vis subiecta est (Kh. I 138, Stahl 88, 2), multo saepius a posterioribus (Iann. 1836; nonnunquam etiam ab atticistis, velut Philostr. Schm. IV 617), indicativum nusquam, quod meminerim, Bas. perperam substituit, infinitivum (sine ἄν) ep. 680 A post δμυύοντες, 869 A ante ὑπισχνούμεθα, 1020 A post ἐλπίζομεν. Ex contrario infinitivum futuri praeter consuetudinem Atticorum cum solis verbis dicendi vel putandi eum coniungentium³⁾ adhibet iuxta ὃς δι ον ep. 616 B (ἀποδημήσειν, respondeens praegresso aoristo ἐλθεῖν) et 656 A (ἐπιδειχθήσεσθαι, a. l. -σεται). De optativo futuri infra disseretur. Coniunctivus aoristi in enuntiatis liberis pro futuro olim ab Homero saepe adhibitus, Romana aetate rursus emergens et apud eccles. potissimum scriptores occurrent (v. Iann. Append. IV n. 8 et Reinhold. 105)⁴⁾ nusquam omnino ap. Bas. futuri locum obtinet. Neque magis verbum ἔχω

¹⁾ Stahl 117, 1: „zur Bezeichnung des unmittelbaren und sicheren gegenwärtigen oder zukünftigen Eintretens eines Ereignisses nach einem andern.“

²⁾ In NTo. et perf. et aor. adhiberi „im affektvollen Nachsatz nach Bedingungssätzen mit ἔάν oder εἰ“ Bttm. l. l. ostendit. Hodie quoque similiter usurpat aoristus: ἔά σε πάσῃ, ἔχάθηκες („si te comprehendenter, actum est de te“: v. Iann. 1855); φύε ἔά σε οὐότως („geh' fort oder ich schlag' dich tot!“: Wied., Lehrb. der neogr. Volkssprache, p. 63).

³⁾ Post verba volendi, valendi, faciendi Atticos unquam futurum adhibuisse negat Stahl (194, 1—208, 1) locosque obstantes facile corrigi posse existimat. Similiter Kh. I 184 sq. Per multos e Pol. posterioribusque, praesertim Byz., locos assert Hatzid. 190, qui tamen hoc contendit „daß Aoristinfinitive mit der Endung (α)ετι vorliegen“. Ac ne atticistas quidem ab huiusmodi infinitivo abhorruisse praecipueque futuro ἔργον vim aoristi εἰτετι subiecisse probat Schm. I 96, IV 606, 619.

⁴⁾ Idem p. 101 sqq. quomodo ex notionum affinitate et formarum similitudine confusio aoristi et futuri orta sit, optime disserit.

cum infin. inde ab altero fere post Chr. n. saec. ad circuitionem interdum usurpatum (cf. Iann. 1. 1. n. 6, ubi comparatur gallicum „je finir -ai“) aut verbum *θέλω* (c. inf. vel *ἴρα*), quod IV. vel V. fortasse saec. receptum media aetate vertit in *θέλω νά* et *θέ νά*, postremo in *θά* [hodie: *θά γεάφω*]. — Futuri exacti activum a Bas. non adhibetur nisi per periphrasin: ep. 448 C *πεποιηκώς ἔσῃ*, sp. s. 176 C *εἰρηκώς ἔσουμαι*, ib. *πεποιηκότες ἔσομεθα*. Passivi, quod, cum aequo ac simplex activum e communi usu post Atticam aetatem excidisset, ab atticistis revocatum frequentabatur saepeque ita, ut idem declararet atque fut. I. (Moeris 269 *πεποίησομαι Ἀττικῶς, πραθήσομαι Ἑλληνικῶς*), ap. Bas. haec exempla leguntur: *γεράψεται* (Eun. 565 B [δια-], ep. 461 C), *εἰρήσεται* (sp. s. 193 B, ep. 488 A et 916 D [duobus his postremis locis parenthesis *εἰλ.* γὰρ τάληθές: „es soll — gesagt sein“]; saepe ap. Aristid., vicies ap. Ael.), *τετάξεται* (ps. 285 C, Eun. 620 C). Hi loci Basiliani omnes — excepto fortasse postremo, ubi futuro *τετάξεται* postea respondet *ἀριθμηθήσεται* — plane congruunt cum Attica consuetudine, quam futuro Krueger his verbis declarat: „Das bestehen Sollende wird auch durch das dritte Futur ausgedrückt“ (53, 9, 2), „auch vom Eintreten einer unverzüglich oder unfehlbar als abgeschlossen bevorstehenden Folge kann das dritte Futur gebraucht werden“ (ib. 3).

C. De modo.

I. De modis enuntiatorum liberorum.

1. In sententiis *iudicium* aliquod declarantibus cum Atticas leges Bas. plerumque sequatur, pauca memoranda sunt de modo irreali et potentiali. Verborum enim oportere aliquid significantium ut persaepe recte *imperfectum* (sine *ἄντ*) usurpat (frequentissime *προσῆκεν*, praeterea *ἴχθεῖν*, *ἔδει*, *εὐχῆς ἄξιον*, *τὸ εὐπρεπέστατον ἦν*, sim.; cf. ep. 312 A *τὸν ἔδεόμην* [opus mihi est] *τοῦ Τερεμίου θρηνοῦ*), ut indicet revera illud non fieri¹⁾), ita raro *προσῆκε*, ubi realem potius modum convenire censuerimus, cum inter id quod opus esse dicitur et id quod usu venit nulla cernatur discrepantia: ep. 656 B *α δὲ παρ'* *ἡμῶν λεκθῆται προσῆκε* (i. e. was ich aber zu sagen habe), *ταῦτα ἔστι*; 905 C, hex. 117 A, ps. 256 C, 284 A [cf. NT. Col. 3, 18 *ὑποτάσσεσθε τοῖς ἀνδράσιν ὡς ἀνῆκεν ἐν Κυρίῳ*]²⁾. Praeterea imperfectum verborum *βούλεσθαι* et *εὐχεσθαι* paucis locis sententiarum rationi minus congruere videtur quam modus potentialis: hom. 296 A *ἐβονλόμην* (velim) *σε μηδὸν ἀναπνεῦσαι τῶν ἔργων τῆς ἀδικίας*; ep. 605 B *ἐβονλόμην παρ' αὐτοῦ ἐκείνον σε μαθεῖν*, ib. *ηὐχόμην*; 764 B *ηὐχόμην* (sed 444 C *ώστε εὐχαίμην* *ἄντ*). Idem modus irrealis pro potentiali invenitur in NTo. (Act. 25, 22 *ἐβονλόμην καὶ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀκοῦσαι*) saepiusque ap. posteros (in primis vulgare *imperf.* *ἡθελον*: Clem. Rom. hom. I 9, undecies ap. Epict. [Melcher p. 76]).

Modo potentiali ad significandas res vel praesentes vel futuras Atticos optativo (praes. vel aor.) cum particula *ἄντ* copulato uti solitos esse notum est. Sed accedit optativo idem quod numero duali et generi medio, ut inde ab Alexandri aetate in communi sermone paulatim evanesceret. Itaque in NTo. unum modo potentialis optativi exemplum reperitur ap. scriptorem graecis litteris tinctum: Act. 26, 29 *εὐχαίμην* *ἄντ*. Quo autem magis rarescebat optativus, eo studiosius frequentabatur ab imitatoribus sermonis Attici (cf. Reinhold p. 111). Quae de uno ex his, Philone, Reik docuit (in libro, quem

1) Mansit hic praeteriti temporis usus usque ad hanc aetatem; cf. *Σχόλ.*, 7 Mag. 1910: *τὰ κοάσιά τον ἐποεπε τὰ ἥσαν τόσον παλγὰ δούν καὶ τὰ ἀστεῖα τον* (seine Weine sollten so alt sein wie seine Witze).

2) Ep. 616 B *φὴ φροντὶς ἀνῆκε προηγομένως τῆς ἐκκλησίας* (ad quem cura pertinet). Haec lectio in editionem Maurinam e codd. aliquot contra priorum editorum scripturam *ἀνήκει* recepta non aliena videtur, nam vel assimilare modum voluisse Basilius putari potest (praegressis verbis *οὐδὲ ἄν τότε οὐνεβούλευσας*) vel significare Meletii, episcopi Antiocheni, curam exilio etiamtum impediri.

inscripsit „Der Optativ bei Polyb. und Philo“, 1907), partim cadunt etiam in Bas. In enuntiativis quidem sententiis principalibus ipse quoque saepe optativum potentiale adhibet (e. gr. in libris adv. Eun. plus quattuordecim, de sp. s. plus viginti duobus locis) eumque omnium generum verbi, multo saepius aoristi quam praesentis, omnium personarum (rarissime alterius personae pluralis, cum Pol. excepto uno exemplo primae solam adhibeat tertiam personam, Philo omnibus utatur praeter alteram pluralis), itemque certorum quorundam verborum optativo in primis delectatur (velut γένοιτο, εἴη, εἴποι, εἴροι[ε], ζδοι[ε], μάθοι). Aliquotiens autem particulam ἀν omittit, neque id solum in enuntiato respondentे alteri particulam habenti (velut hex. 168 B οὐκ ἀν εἴποιμι . . . διατειναίμην, hom. 272 A), ubi Atticos quoque particulam iterare supersedisse nemo ignorat, sed etiam aliis, etsi paucis locis: hex. 25 A (εἴποιμεν), 29 B (εἴποιμι), ps. 432 B (ἔξενρεθεῖη), ep. 245 C (οὐκ ἀρνηθείην)¹⁾, quorum similes si non ap. Atticos — Kh. I 226 et Stahl 298 sqq. eos locos, ubi ἀν in codd. deest, emendandos censem —, at ap. posteriores (velut Pol., etiam Luc. et Philostr.) inveniuntur. — Coniunctivus cum ἀν iunctus, quem in locum optativi potentialis sermo vulgaris posterioris aetatis videtur substituisse (cf. quae Reinhold p. 111 e libris apocr. et Iann. Append. V 11 et 14 e Pol., D. Hal., Phil., Plut., eccl. afferunt), in hoc quidem enuntiatorum genere nusquam a Bas. adhibetur: nam sp. s. 132 C εἰ . . . εἴποι . . ., οὐκ ἀν μοι δοκῇ τοῦ προσήκοντος ἀμαρτεῖν particulam ἀν ad infinitivum referendam scribendumque duco δοκεῖ, cuius eadem erat pronuntiatio (*dokē*). Multo etiam minus ferendus est indicativus praesentis, qui in ed. Maur. legitur ep. 413 B πρέπει οὖν ἀν τῇ σῇ πεγαλοψυχίᾳ, cum in tribus codd. recte scriptum sit πρέποι item sono nihil ab illo differens. — Futurum esse aliquid certis condicionibus ut significaretur, indicativo futuri c. ἀν iuncto uti cum Homerus solitus esset, Attici desiissent — obstantes nonnullos in codd. locos Kh. I 209 et Stahl 288 sqq. emendandos censem —, posterioribus denuo libitum est, etiam atticistis (Luciano et Philostrato). Unus huiusmodi locus legitur in ed. Maur. ep. 352 B οὕτω (id si facies) γὰρ ἀν εἰνόησεις, quam tamen epistulam a Nilo scriptam esse veri simile est²⁾; in altero, hex. 76 B οὕτω (sc. si allegorica interpretatio recta esset) γὰρ ἀν καὶ δρόσος καὶ πάχνῃ . . . νοερά τις ἔσται καὶ ἀόρατος φύσις, futurum proxime videtur accedere ad vim irrealis modi, sicuti his locis, ubi item enuntiatum incipit ab οὗτω (= id si esset), sed ἀν deest: ps. 217 B (οὕτω γὰρ καὶ), 377 B (ἐπεὶ οὕτω γε καὶ), ep. 624 C, 625 A³⁾. Pro optativo futuri c. ἀν ep. 268 sic iuncto: οὐδὲ τὸν νοῦν ἐπιβάλλειν τοῖς νοητοῖς διδάξοι τις ἀν cum non solum apud antiquos (Kh. I 235 ann. 2), sed etiam ap. Bas. talis structura nusquam inveniatur, insuper illie de re praesenti agatur (paullo ante: οὐδεὶς γὰρ διδάσκει) terminationesque tam similes facile permutari potuerint. dubito an scribendum sit διδάξαι⁴⁾. — Praeteriti temporis modus potentialis, cuius in NTo. nullum iam vestigium, exstat hom. 197 A οὐ γὰρ ἀν περὶ αἱσθητῶν ἀρτῶν εἰπεῖν (er kann nicht gemeint haben), cui enuntiatio hic adiungere liceat interrogativum: Eun. 552 B πῶς ἀν ἔδειξεν; (wie hätte er z. können?).

1) Ep. 897 A μηδὲ διαιθύσαμι et 545 B η γὰρ διορθώσαυτο . . . η . . . βαστάσονται non tam potentialis modus videtur adhibitus esse quam ille de quo Kh. I 229 dicit: „Der Optativ des Wunsches dient in der I. Pers. als schwächerer Ausdruck des Willens, in der II. und III. Pers. als mildere Form der Bitte und Aufforderung.“ Quamquam illo certe loco Attici dixissent: οὐδὲ ἄν διαιθύσαμι (Stahl 373 de opt. c. ἀν: „desiderativ“ = ich möchte, ich will).

2) Infin. futuri c. ἀν subiunctus verbo οἶμαι et exceptus enuntiato εἰ . . . μέλλοντο legitur ep. 600 B.

3) Cf. praeterea hom. 221 A (εἰ c. praeteritis irrealibus, quae sequitur apodosis ἀργακαῖος . . . οὐ χωρῆσει) et Stahl 409, 1: „selten steht im bedingten Satze ein nicht praeteritaler Indikativ zur Bezeichnung der sicheren Konsequenz“ illustrata hoc loco: Isae. IX 37 εἰ γὰρ τοῦτον ἐποίησατο νῖόν . . ., πῶς οὐ δέξει . . . παρασεῖ;

4) Similiter Reik p. 107 ἀν βλάψοι Phil. de migr. Abr. 210 corredit aoristi optativum substituens. Iannaris autem (Append. V n. 14 b) in eodem Philonis loco similibusque (Tat., Zos., Byz.) οἱ per errorem a librariis pro coniunctivi aoristi terminatione η idem sonante scriptum esse opinatur. Alter denique existimat Hatzid. 192 dicens: „Wie die Endung -οιαι des Aor. infinit. in -οειν verwandelt worden ist, so ist auch der Optativ desselben recht frühzeitig zu den Personalendungen -οις, -οι statt -αις, -αι gekommen.“ Plura de opt. fut. Basiliano v. infra p. 62.

2. In sententiis **optativis** Bas. multo minus recedit ab usu Attico quam plerique posteriorum.

a) De futura re loquens utitur modo optativo, plerumque aoristi particula carentis (in primis saepe verborum [μή] γένοιτο, δόη, παράσχοι, φυλαχθείης [-τε], χαρισθείης), raro praesentis, numquam (ut perperam Eus., Cyrill. H., al. eccles.: Soph. lex. p. 47) futuri. Semel inveni optativo praepositam particulam εἰ [Kh. I 226: „nur bei Dichtern“] subsequentemque adverbium μόνον: ep. 617 A μόνον εἰ εὐδοκία γένοιτο τοῦ Κύρον, quod adverbium alibi legitur ante ipsum optativum (ep. 629 B μ. παράσχοι ὁ Κύρος sq. inf., 860 C μ. φυλαχθείητε παρὰ τῆς χάριτος) vel ante imperativum (861 B) aut coniunctivum hortativum (897 A μ. μὴ ἐξαπατηθῆτε, 928 A μ. μὴ ἀποκάμψτε) vel ante έάν („wofern nur, vorausgesetzt daß“: 861 C, 896 B, 936 B). — Hic verus modus optandi etsi diutius mansit in graeco sermone quam cetera optativi genera¹⁾, tamen mature in huius quoque modi locum alii succedere coeperunt. Nam coniunctivi (aor.), quo hodie optatum declarari solet (νὰ ξήσῃς! Θεὸς [νὰ] φυλαξῃ!), exempla inde ab Augusti aetate afferri possunt (v. Soph. lex. p. 46, praeterea indices ad Orig. [Klostermann, tom. III: εἴθε c. coni.], Marc. Diac., Callin.). Ap. Bas. legitur ep. 820 B ἴδοιμεν ποτε ὑμᾶς ἐν τῇ εἰρήνῃ τοῦ Θεοῦ . . . ἴδωμεν ὑμᾶς ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν ἀγίων: quem coniunctivum, cum aliis huiusmodi apud eum non reperiatur, librariis malim attribuere quam scriptori. — De imperativo autem pro optativo usurpato B. ipse haec explanat ps. 401 A: μὴ ξενιζέτω δὲ ὑμᾶς τὸ προστακτικῶς λέγεσθαι τὸ, Κατενοδοῦ, διὰ τὴν συνήθειαν τῆς Γραφῆς οὕτως ἀεὶ²⁾ σχηματιζούσης τὰ εὐκτικά. Τενήθητο γὰρ τὸ θελημά σου, ἀντὶ τοῦ, γενηθείη· καὶ, Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, ἀντὶ τοῦ, ἔλθοι. Atque ab ipso vitatum esse hoc vitium declarat hom. 517 C, ubi verbis e Dan. III 40 allatis γενέσθω ἡ θυσία ὑμῶν ἐνώπιον σου addidit καὶ προσδεχθείμεν κτλ.: quare hom. 188 A Garnerii scripturæ πληρούτω (sc. deus) ὑμῶν τὰς καρδίας eam praferendam duco, quam ipse in sex codd. inveniri dicit, πληρώσαι. — Futuri denique indicativi a posterioribus interdum εὐκτικῶς adhibiti³⁾ nullum certum novi exemplum Basilianum; nam ei, quod legitur ep. 861 C τὰς βούλας τῶν ἐκθρῶν ὑμῶν διασκεδάσει Κύρος [falso duo mss. διασκεδάσαι, cf. supra], utique non est necesse illam vim subcere.

b) Optatum non posse perfici aut non esse perfectum ut indicaret, Bas. more Attico præterita adhibet eisque particulam præponit: ep. 941 B εἴθε ἦν μοι δυνατόν, ps. 269 B εἴθε σοι μὴ ἀπήντησα τότε, hom. 349 C εἴθε c. plusqu. et aor. Non utitur aoristo ὥφελον (ὅφελον) indeclinabili tanquam adverbio quemadmodum V. et N.Ti. scriptores (I Cor. 4, 8 ὅφελόν γε ἐβασιλεύσατε), Epict., Athen., al. (Greg. Naz. I 1248 C ὡς ὥφελόν γε μηδὲ ἦν προεδρία, cf. Soph. lex. s. v. ὥφελω), sed aut subiungit præterito infinitivum, ut hom. 525 A ὥφειλεν ἄνθρωπος ἐν τῇ παρὰ Θεῷ δόξῃ μεμενηκέναι (attice ὥφελεν) aut elliptice loquitur in hunc modum: ep. 600 B Μαξίμου τοῦ ἄρχαντος τῆς πατρίδος ὑμῶν, ὡς οὐκ ωφελεν! (utinam ne præfuisset!), 952 A εἰς ἔτερον καιρὸν ὑπερετέθη αὐτῶν ἡ συνάρτεια. ὡς οὐκ ωφειλε!⁴⁾

1) NTi, libri exempla præbent triginta quinque, sed præter unum (εἴη) omnia aoristi neque (excepto Philem. 20) alias personæ nisi tertiae, nullum particularum olim (etiam LXX) usitatatarum (εἴθε, εἰ γάρ). Paulo magis variis sunt loci e patribus apostolicis librisque apocr. a Reinholtio p. 109 sq. prolati, qui item paene omnes (i. e. præter εἴη et χαίροις) aoristos exhibent. Certae quedam formulae per complura p. Chr. n. saecula servatae sunt, ut δόη (Κύρος) et χαίροις atque etiamnunc dicitur (μή) γένοιτο! (Νέα Ἡμ. 25 Φεβρ. 1910 ἐὰν δέ, δ μ. γ., εὐθεθῶμεν κτλ.), γαῖαν ἔχοις (εἰς) ἔλαφος! (ε gr. Σηρόπτ 7 Μαρτ. 1910).

2) Rectius Bl. p. 224: „Im NT. ist eine starke Neigung da, den Imper. statt des Opt. zu gebrauchen.“

3) Cf. Soph. lex. p. 47. Saepe in actis Thomae (saec. III.) ἔσται pro εἴη. Praeterea v. Bonnetii indicem p. 379, ubi verbis „indicativus futuri pro imperativo“ adiciendum fuit „et optativo“.

4) Atticam locutionem, quam exhibet X. Cyr. IV 6, 3 ὑμαρτεν, ὡς μήποτ' ὥφελεν, non semel legi in ephemericibus, ut Νέα Ἡμ. 30 Φεβρ. 1910: καὶ πάλιν δέ, ὡς μὴ ὥφελεν [i. e. „leider“], ἀφορμήν ἔδωκεν ὁ Πατριάρχης Ἰωαννί.

3. Hortandi et imperandi modis Bas. utitur his.

a) Primae personae coniunctivus, quem retinuit sermo posteriorum, a Bas. quoque frequentatur addunturque non raro particulae hortantes, ut sp. s. 113 A φέρε δὴ οὐν.. διασκεψώμεθα et quinque δεῦρο¹⁾: ps. 460 C, hom. 489 C (δ. δὴ.. περιβομβήσωμεν), 332 B (δ. δὴ οὐν), 508 C (δ. δὴ οὐν), hex. 117 C (δ. δὴ οὐν), nunquam autem tritum illud sermone vulgari ἄγες (NT., Epict. [Melcher 91]; cf. Soph. lex. s. v. ἀγέμημι)²⁾. Loco coniunctivi Bas. interdum ponit futurum, ut hex. 77 C οὐτε ἀμαρτίαις καιρόν τινα δώσομεν, in illa ad adul. oratione tum hoc (569 B παραλείψομεν.. οὐ μητόμεθα, C ὑπερβησόμεθα, 585 D ὑπεροψόμεθα) tum coniunctivum (569 B φυλαξόμεθα [a. l. -όμεθα], 572 A ὑπολάβωμεν, B μηδὲ ἀπολεπόμεθα, 576 A et B). De affinitate huius coniunctivi et futuri v. Bttm. § 139, 4 et Stahl 358, 3.

b) Altera persona ut antiquitus (atque etiam in NTo.: Bttm. § 139, 6) iubetur modo imperativo, vetatur aut imperativo praesentis aut coniunctivo aoristi, ut hex. 9 A μὴ.. φαντάζου μηδὲ.. νομίσῃς, ps. 288 A μὴ μαρτάνου μοι περινόει, sed 377 B μὴ μοι.. νοήσῃς. Contrariae posteriorum licentiae, quae primo in negativis sententiis videtur incessisse — quam mature, declarant grammaticorum monita: antatticistae μὴ νόμισον, ἀντὶ τοῦ μὴ νομίσῃς, Herodiani Philet. 436 τὸ μὴ ἀπαγορευτικὸν οὐ συνεάσσεται ἐποτακτικὸν συνεστῶτι³⁾ et loci ab Hatzid. p. 226 allati —, inde etiam in affirmativis (e. gr. UGL. 648 ἔτοιμος ἦς, alios locos v. ap. Reinhold. p. 104), e Bas. nullum exemplum afferre habeo.

c) Tertiam personam imperativi, quae, cum etiam in NTo. usurpetur, paulatim evanuit, ut hodie locum eius teneat coniunctivus (ἄς γράψῃ), persaepe Bas. adhibuit omnium generum verbi temporumque, ut ep. 645 B ἡχέτωσαν, hex. 160 D καταστελλέσθω, hom. 524 A μητέσθωσαν.. δεδαχθήτωσαν, ep. 617 C πεπαύσθω, 621 B εἰρήσθω. Raro substituit coniunctivum⁴⁾ ab Attico usu alienum: ep. („canonica“) 401 B ἐπὶ τοὺς λαϊκοὺς ἀπορριφῶσι.. γένηται.. ἔξετασις (sed paulo post παραδεκθήτωσαν), 753 C ἔξετασθῶσι; interdum indicativum futuri: ep. 672 B ἀπόβλητος ἔσται.. τῆς κοινωνίας οὐκ εἰργθήσεται, 797 A ἀκοινώητος ἔσται, B, C (plurimisque locis huius epistulae περὶ κανίνων, qua poenas constituebat antiquorum canonum verba ipsa plerumque videtur retinuisse)⁵⁾, nunquam ἵνα c. coni. (ut NT. [Eph. 5, 33]; Epict.; Callin. 123, 26; cf. Soph. lex. s. v. ἵνα n. 8).

4. Interrogative sententiae ap. Bas., nisi pronominibus (cf. p. 36) aut solo sono collocationeque verborum (ut iam ap. Atticos et plerumque in NTo.) denotantur, a particulis fere ordiuntur antiquitus usitatis; sed particula ἢ (NTi. scriptoribus incognita) multo rarius adhibetur (hom. 273 C et 492 D ἢ πον)⁶⁾ quam frequentissima ἀρα (hodie ἀρά γε), μῶν sicut in NTo. nunquam, semel μὴ ἀρα: hom. 317 A (Moeris 242: μῶν Ἀττικῶς, μὴ ἀρα [ἄρα?] Ἐλληνικῶς), octies εἰ: hex. 84 A εἴ ποτέ σοι ἔννοια ἔγενετο (esne meditatus?); 140 B εἴ μὴ (nonne) μηδικῶν τινά σοι παρέσχον φαντασίαν; C εἴ μή; ep. 725 B, 828 D εἴ... ἢ...; 829 A; ib. B εἴ μή (bis)⁷⁾. Simplex particula μή his locis: adul. 580 C ἀλλὰ μή

¹⁾ Plat. Apol. 24 c καὶ μοι δεῦρο εἰτέ. Ex atticistis Schmid tales tantum locos afferit, ubi aut localis vis („huc“) aut temporalis („ad huc“) particulae subest.

²⁾ Unde orta, certe ante saec. VIII. (v. Gelzer. Leont. p. 165), particula ἄς, quae hodie coniunctivo hortativo praeponi solet (e. gr. ἄς γράψωμεν).

³⁾ Quod reprehenditur etiam saec. XIV. a Thoma Magistro 233: οὐκ ἔρεται εἴπι ἐνεστῶτος μὴ τύπτῃς, ἀλλὰ μὴ τύπτει, id hodie vulgo usurpatum.

⁴⁾ Inde a saec. II. satis multi huiusmodi coniunctivi leguntur ap. eccles.: v. Reinh. p. 104, Soph. lex. p. 46, indd. ad Marc. Diac. et Callin.

⁵⁾ Bl. 213: „Das Fut. Ind. vertritt den Imper. in der Gesetzesprache des AT. (nicht klass.)“ Ceterum cf. Kh. I 174 b et 176, 6; Stahl 359, 1.

⁶⁾ Confirmativum autem ἢ non ita raro usurpatum a Bas.

⁷⁾ Kh. II 534: „Erst in der alexandrin. Sprache, wie im NT., ist der Gebrauch von εἰ in der direkten Frage aufgekommen.“ Bl. 265 particulam, quippe quae etiam a LXX frequentetur, ex hebraeo sermone (ן) natam suspicatur.

ἀληθῆς μᾶλλον ὁ τοῦ Πιττακοῦ λόγος; et ep. 561 A περὶ δὲ αὐτῶν ἐνοχλεῖν μὴ καὶ γελοῖσαν εἴη; significat „nonne?“, si recta est lectio editionis Maurinae; sed cum in principalibus sententiis ap. Bas. illam nusquam non videam idem declarare ac „num?“ neque apud alium scriptorem illius significationis exemplum certum reperiri videatur (cf. Win. p. 453), nescio an signum interrogationis delendum sit et particula intellegenda finalis (omisso verbo ὅρᾳ: cf. infra p. 56). — De modis haec sunt memoratae digna. Persaepe B. adhibuit optativum c. ἀν iunctum (praecipue in enuntiatis a pronominibus τί[ξ] et πῶς incipientibus), omisit autem hanc particulam his locis: Eun. 604 A τίνα περιφανεστέραν μάχην ἐπιδεῖξει τις [in tribus codd. add. ἀν]; 636 A πῶς διαγύγομεν (a. l. διαγεύγομεν); ps. 295 A; sp. s. 209 A, 196 C (in apodosi periodi conditionalis ab εάν incipientis); ep. 1076 C. Ex Hom. et tragicis aliquot exempla simplicis huius optativi affert Kh. I 230 additque verba: „höchst zweifelhaft bei Prosaikern“, quibuscum conferas haec Akenii (Die Grundzüge der Lehre vom Temp. u. Mod. im Gr., p. 197): „Dies [der Optativ ohne ἀν] ist der altertümliche Modus des Urteilssatzes, der sich nur in der Frageform länger erhalten hat.“ Non raro ap. Bas. optativi potentialis vis ut antiquitus (cf. Stahl 375, 4: „in Fragen der ersten und dritten Person als mildere Form für den dubit. Konj.“) proxime accedit ad significationem coniunctivi deliberativi. Huic item frequentato a Bas. interdum praeponitur βούλει (velut hex. 129 A διὰ πόσων β. θῶμεν; [etiam in NT.])¹⁾ saepeque substituitur futurum, ut ps. 392 A Ἄρα σοι διηγήσομαι...; hex. 5 C τί πρωτον... εἶπω; πόθεν ἀρξομαι τῆς ἔξηγήσεως; (cf. supra p. 48). Etiam tertiae personae B. adhibuit coniunctivum sicut nonnunquam Attici: hex. 196 D τί εἶπη ἄνθρωπος; 197 D τί εἶπωσιν οἱ...; ps. 436 A; alibi. Sed cum coniunctivus dubitativus nihil aliud sit nisi hortativus in sententiam interrogativam translatus, minus congruere cum usu Attico videntur eae interrogations, ad quas haud facile quispiam hortando aut iubendo respondeat²⁾: hex. 196 A τίς ἐφίκηται [duo mss. ἐφίκουτο: cf. Eun. 528 A τίς ἀν λόγος ἐφίκουτο:] λόγος; ποία χωρίσει ἀκοή; τίς ἐξαρκέσει κτλ.; ps. 428 D πῶς γὰρ εἰσέλθῃ εἰς ψυχὴν στενοχωρούμενην... ἡ περὶ Θεοῦ ἔννοια; sp. s. 137 B πῶς μὲν γὰρ εἶπωσιν ἄγγελοι· λόσια ἐν ὑψίστοις Θεῷ, μὴ δυναμωθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος; [cf. NT. Mt. 26, 54 πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ; Rom. 10, 14]. Prorsus vero abhorret a recta dicendi consuetudine particula ἀν coniunctivo adiecta. Quae cum et hortationi repugnet (Kh. I 223 ann. 6) neque ap. Bas. in sententiis enuntiatiis usquam coniunctivo addatur loco optativi potentialis (cf. p. 46), dubia mihi videtur lectio his locis: ps. 235 C πῶς ἀν ἐνέγκης τὸν αἰνον μὴ ἔχων τὸ εὐθές πνεῦμα (facile potuit illud scribi pro ἐνέγκοις, quod pariter pronuntiabatur); ep. 613 A ἵδη δέ σον πῶς ἀν ἐπιλαθώμεθα; sp. s. 140 A πῶς ἀν εἶπη τὰ σεραφέμ· Ἀγιος, ἄγιος, ἄγιος, μὴ διδαχθέντα παρὰ τοῦ Πνεύματος³⁾;

II. De modis et coniunctionibus enuntiatorum subiunctorum.

1. De enuntiatis declarativis.

Frequentissime inter coniunctiones adhibetur ὅτι, nonnunquam etiam post οἷμα (ut ps. 232 C, 240 A, 297 B, Eun. 616 C [sq. inf.]⁴⁾, 632 D), ἐλπίζω (ps. 348 B), φημί (hex. 60 A, hom. 185 B, ep. 252 B,

Contra ea Iann. 2055 vult librarios, cum litteram **H** (sive Η) in codd. scriptam pariter pronuntiarent atque i et ει, hanc vocalam per errorem transscripsisse. Atticistas quidem superiores illo usu particulae ει abstinuisse inde colligere licet, quod Schmid mentionem eius non facit.

1) Nunquam ὅτι praeponitur coniunctivo, ut ap. Orig., Macar., Chrys. (v. Soph. lex. s. v. ὅτι n. 11), unde orta hodierna locutio: ποῦ νὰ καθίσω; ἐγὼ νὰ σωσθώ;

2) De antiquo usu III. personae coni. dubit. docet Kh. I 221: „die Antwort würde stets die Form einer Aufrforderung haben.“

3) Cum hoc loco Maranus uncis incluserit particulam, dubium est, utrum eam in codd. invenerit an ipse addendam duxerit. Cf. consimilem locum ib. 137 B, quem supra attuli. — Sane ap. alios posteriores nonnunquam legitur particula ἀν addita coniunctivo dubitativo: Ios., Lucian. (bis), act. Thom. 60, 19 τί γὰρ ἀν ποιήσῃ; Clementin. 45 B; Syn. Aeg. II 7, 127 B πῶς γὰρ ἀν ἐσθιαν;

4) Hoc loco, qui sic scribitur in ed. Maur.: οἷμα γε, ὁ τι σὺν Θεῷ δὲ εἰρήσθω, πολλῷ ἀκολουθοτέρων ἔρωιαν..

337 A¹⁾; multo rarius ὡς, quae coniunctio declarativa cum mature e communi usu excidisset — nullum enim eius in NTo. vestigium —, ab atticistis autem eo magis frequentata esset, a Bas. interdum usurpatur post verba sentiendi (ut ep. 345 B ἐντεθίμησαι, 841 B γνούσῃ, 1017 C εἰδώς) et his locis post verba dicendi et declarandi: hom. 560 A ἀγγέλλων, ep. 416 A διήγημα, 560 A δεῖξαι, 1020 A ἐνδείκνυσθαι²⁾. Particula δέοτι ab Herod. olim sic usurpata, a recentioribus hiatus potissimum evitandi causa saepe adhibita ap. Bas. nusquam legitur, sed semel ὡς ὅτι post εἰς ἔννοιαν ἐλθόντες: ep. 785 A. Hac particularum geminatione etsi iam aliquanto ante Basiliū aetatem particula δέοτι propter alteram causae significationem ambigua summota est³⁾, tamen, cum ap. Bas. una in ep. inveniatur elegantius etiam solito scripta „Τερεντίῳ κόμητι“, malim eam librario assignare declarativam simplicis ὡς significationem non intellegenti ideoque ὅτι ascribenti. Adiungam hic eos locos, ubi ὅτι particulae pleonasmum ex ellipsi verbi dicendi (ut δύολος, λεπτέον) vel sentiendi (οἴδαμεν [ἴσμεν], δῆλον) repetendum esse duco. Undecies enim in epp. legitur εἰ καὶ ὅτι: ep. 457 A, 504 C, 541 C, 560 A, 760 B, 765 C, 781 B, 836 B, 921 B, 925 A, 1065 A; quam copulationem ipsam cum ap. nullum scriptorem reppererim, similem εἰ μὴ ὅτι ap. Callin. 123, 24 et Soph. lex. s. v. εἰ (LXX et Euseb.) deprehendi. Praeterea ep. 933 B legitur οὐ μόνον... ἀλλ' ὅτι καὶ (cf. Libanii ad Bas. ep. 1089 B καὶ μικρόν γε τὸ μὴ βλάπτειν ἀλλ' ὅτι τὰ τοῦδε [Basiliū] μέλη κέρδος τῷ δεξαμένῳ et Callin. 106, 18 οὐ μόνον ὅτι οὐχ εὑρον ἀλλὰ καὶ) saepiusque πλὴν (γε δὴ) ὅτι (ut Eun. 532 C -γρήσομεν, ep. 601 C, 617 B, 632 D, 892 C). — Particula πῶς, quae etiam post verba sent. et monstrandi iam ap. Epict. idem declarat atque ὅτι (Melch. 77 sq.), postea hodieque etiam post verba dicendi, ap. Bas. semper significat „quomodo“.

De modis memorandum est facile usurpari modum potentiale (ut ep. 905 C οἴδαμεν γάρ, ὅτι οὐκ ἄν ποτε ἐπιλάθουσθε ἡμῶν, obliuros esse), perraro optativum quem dicunt obliquum post tempora praeterita: adul. 588 D δέοι, hom. 561 A εἰη, ep. 416 A εἰη, 428 A δέοι, 489 A δέοι, 733 A εἰη, bis post infinitivum temporis praesenti subiunctum: ep. 421 D εἰσέλθοι, 1020 A δέοι; hunc optativum post tempora primaria inveniri etiam ap. Philostr. testatur Schm. IV 90, ap. Plut. Weissenb. 30, ap. Heliod. Fritsch 2. Semel oratio obliqua compluribus infinitivis continuata orditur ab ὅτι: adul. 573 A; similia cf. Kh. II 357.

2. De enuntiatis interrogativis.

Cum indicativo coniungitur particula μή, cuius naturalem et principalem vim fuisse finalem sive „prohibitivam“ Kh. II 391 et Stahl 579 docent, sicut ap. Atticos post verba reputandi [non ut saepius ap. posteros (velut Plut.) post verba interrogandi] ita, ut haberi possit pro interrogativa vertique particulis „ob nicht“: hom. 209 B post ἀναχρίνω, ep. 220 A καὶ ἔμαυτὸν ἔστρεγον μήποτε ἀληθές ἔστι, 301 A. — In eis sententiis, quas Aken § 307 vocavit „Nebensätze der fragenden Handlung“ repetiuitque a conditionalibus, Bas. more antiquo post tempora primaria ponit ἔάν: ep. 292 C δεῖ γανεροῦσθαι (pec- catorem) τῷ προεστῶτι, ἔάν ἄρα... ἐντραπῆ, 860 C; post praeterita εἰ et optativum: hom. 261 C εἰ πως... ἐκκαλέσαιτο, ep. 376 A εἰ πως... τηρηθεῖ, 649 C εἰ πον... δέχοιτο. Nonnullis tamen locis recessit a consuetudine Attica, cum coniunctivum subiunxit vel particulis ἐε πως ἔάν (ep. 908 A post ἐξαγγέλλομεν) vel simplici coniunctioni εἰ (hom. 541 C post ὑποκάθηται ἀναμένων, ep. 737 B post aor.

ἀναφανήσεσθαι, falso vertitur „quod favente Deo dictum sit“. Nam infinitivum sequentem non obstare, quominus ὅτι coniunctionem positam iudicemus, cognoscas e Kh. II 357 sq. Eadem parenthesis σ. θ. δ. εἰ. bis in Synesii epp. (Fritz p. 105).

1) Cf. Kh. II 356 sq. Ex atticistis unus Aristid. huiusmodi licentiam cavet: Schm. II 58.

2) Animadvertis velim hos locos in epistulis inveniri ad illustriores homines scriptis et in oratione „Mundanis rebus adhaerendum non esse“, quae pariter atque illae atticismis abundat.

3) Cf. Iann. 1754. Aliter de ὡς ὅτι ter a Paulo usurpato existimat Bl. p. 236 („quasi“). Schmid hanc copulationem non memoravit.

ἀνέμεινα; cf. infra p. 56) aut optativum posuit post tempus praesens (ps. 265 C *εἰ εἴροι*; hom. 373 C *ἀναμένει εἰ πον ἵδοι*, 209 B *μὴ τὰ ἔξω περισκόπει εἰ πον .. δυνηθείης*; ep. 256 C et 749 A *εἰ πως δυνηθείην*). LXX et NTi. scriptores in huiusmodi sententiis plerumque usurpant *εἰ* sq. coni. vel ind. fut., perraro (Lucas) post praeterita optativum (Bttm. p. 220), nunquam *ἔάν*. — Optativi obliqui post praeterita tempora usurpati praeter tria quae modo attuli exempla unum repperi ep. 512 C *ἡγεγκα .. λογιζόμενος πότε εἴη μοι δυνατόν*, plura optativi potentialis (ut ep. 657 B *βούλευσάμενος πῶς ἂν γενοίτην αὐτῷ χρήσιμος μίαν εἴρον λίσιν*, 1013 C post praesens), ex quibus unum particula *ἄν* caret: ep. 821 B *όρω .. μηδ' ὅπως τὰ παρελθόντα εξιάσσοντο ποιομένονς τινὰ φροντίδα*. — Quod coniunctivo dubitativo, idem sicut antiquitus declaratur in indicativo futuri, velut hex. 196 B *οἶδας τί ποιήσεις τῷ πλησίον καλόν* [cf. Eur. C. 131 ap. Stahl 563]; sp. s. 144 D; ep. 617 A, 916 A (post praeteritum). Semel coniunctivum legi Latinae potius quam Graecae consuetudini convenientem, ep. 649 D *μηδεμίαν ἄλλην μέριμναν στρέγοντα η̄ πῶς .. δυνηθῆ ἀποθέσθαι τὸν λόγον*: videtur Bas. primo verbi *ἀποθέσθαι* modum dubitativum adhibere cogitasse, auxiliaris autem verbi interpositione adductus esse, ut huius ipsius coniunctivum usurparet. — Nusquam infinitivus usurpatur ut interdum a posterioribus; v. Lob. ad Phryn. 772, indd. ad Marc. Diac. et Callin., Hatzid. 215.

3. De enuntiatis causalibus.

Coniunctiones causales plerumque cum Attico usu congruentes (etiam eo quod partim nonnunquam non tam secundariam quam principalem sententiam adiungere videntur aut adversativam vel concessivam vim habent) litterarum ordine enumerabo. *Αἰότι* particula antiquitus hodieque (praeter *ὅτι* et *ἐπειδή*) usitata cum a Bas. quoque frequentaretur (e. c. affero ep. 284 B, 317 B, 652 A, 668 B, 672 A, 680 A), sine dubio etiam ep. 992 D usurpata est, ubi absurde scribitur *ώσπερ δυσχεραίνοντας διὰ τί παρώδηθην*¹⁾. *Εἴ γε*: hex. 20 B, sp. s. 216 D, al.; *εἴ περ*: hex. 36 A, 57 A, 157 D, 168 D, ps. 460 B, adul. 588 A (*εἴ π. δή*), sp. s. 156 A, ep. 900 B, 945 C, 993 B, alibi. *Ἐπει* non raro idem significat atque *γάρ*: Eun. 589 B *ἐ. λεγέτω*, 544 C *ἐ. γε*; hom. 472 D et adul. 573 C in principio similitudinis; sp. s. 80 A; ep. 300 C *ἐ. πόσον πόνον γν.* 873 B sq. imperat., 897 C; al. [etiam in NTo.]; per breviloquentiam i. q. „da [denn] sonst“: hex. 33 B, 84 C, ep. 749 A, 861 A, 877 A [sicut ap. Atticos et in NTo.]; i. q. „wiewohl“: hex. 161 A, „dagegen“: hom. 592 A. *Ἐπειδή* creberrime usurpatur; *ἐπειδή γε*: Eun. 612 A, 668 C; *ἐπειδή περ*: hex. 28 C, ps. 412 C, 484 C, Eun. 565 B, 568 A, 645 A, hom. 561 B, adul. 569 D, 572 C, ep. 372 A [nunquam ap. LXX, semel in NTo. (Luc. 1, 1)]; *ἐπει περ*: adul. 572 A, Eun. 537 A, ps. 281 B et C; *ἐπει τοι*: ep. 881 D (denn ja). *Καθότι* „quandoquidem“: ep. 953 A (a. l. *καθ' ὅσον*); itemque *καθότι*: hom. 472 (causalis vis frequentior ap. posteros [quater in NTo., bis ap. Aristid.], cum olim coniunctio plerumque significaverit „quemadmodum, prout, quatenus“; Moeris p. 196 *καθότι Αἰτικῶς, καθὼς Ἐλληνικῶς*). *Οπότε*, cuius vis causalis rara est ap. posteros [nusquam cernitur in NTo. aut ap. Ael. aut Synes.]: sp. s. 85 C, 116 A, 121 B, ep. 577 A; adversative: hex. 104 A, ep. 368 B. *Οπον γε* — nusquam ut ap. Atticos, Plut., Ps.-Long., al. simplex *οπον* — usurpatur a) eadem qua ap. Xenoph. vi causaliter („quandoquidem“): hex. 5 B, 60 C, 112 A, 113 C, 177 B, ps. 300 C, hom. 432 C, sp. s. 144 A, 172 B, 173 D, 213 A, 216 B, ep. 360 A, 780 C, 781 A, 916 B (*οπον γε .. καί*: „praesertim cum“), 997 B, 1044 D; b) in principio exempli ad sententiam aliquam confirmandam allati, ut significet „so z. B.“: hex. 69 B, 92 C, 189 D (mures quoque et ranas terra ex se ipsa profert · *οπον γε περὶ Θήβας τὰς Λιγυπτίας ἐπειδὰν ὥση λάβορως ἐν καύμασιν, εὐθὺς ἀρονραῖων μυῶν η̄ χώρα καταπληροῦται*), 193 B, 197 D; ep. 493 B, 545 C; c) adversative, „da (während) doch“: hex. 81 B, 97 A. De *ὅτι* par-

1) In Byzantinorum sermonem vulgarem pro *διάτι* videtur irrepsisse *διατί*, unde hodierna particula causalitatis *γιατί* (cf. Iann. 1739).

ticula omnium Graecae linguae aetatum communi tantum memoro ps. 152 B μὴ ἐπιδέομαι ἐπιλήπτων ἔγώ, ὅτι εἰσηγεῖται αὐτὸν ἐπιληπτεύεσθαι ἐπ' ἔμε; respondere nostrae coniunctioni „daß“¹⁾ et ep. 661 B οὐχ ἔτι²⁾ αὐτὸς ἄξιός εἰμι . . . , ἀλλ' ἔτι Latinae „non quo“ sq. coni. (cf. 936 C οὐχ ἐπειδή . . . ἀλλ' ἐπειδή). ‘Ως, qua de particula Schm. IV 566 dicit: „als Kausalpartikel der *Kouř* entchwunden“, causam significat: adul. 573 C (ώς ὁ γε sq. partic.), 580 D, 585 A (ώς οὖ γε sq. partic.: nam), hom. 393 C (nam), sp. s. 69 C (nam; versio editionis Maur.: quemadmodum), 209 A (ώς ἔμοιγε οὐδὲν φοβερώτερον τοῦ κτλ.: nam; sequius interpres ille: quod ad me quidem attinet); ep. 273 D, 913 C, 997 C (nam), 1012 B; ps. 453 D μὴ πτοηθῆς τῇ διανοίᾳ, ως ἄρα οὐδαμοῦ ἔστι πρόνοια Θεοῦ („als ob .. wäre“: verb. fin. pro attico partic.). Compluribus locis incertum, utrum temporalem potius an causalem vim Bas. ei voluerit subcere, velut ep. 345 A (ώς γε), 589 B et C, 669 B, 888 B, 913 C, 968 C, 1016 A. Ep. 488 D, ubi encratitis Bas. opponit: οὐτε νοσκύμον φάγοι ἀν τις νοῦν ἔχων . . . ως ὁ γε φαγὼν οὐκ ἡνόμησεν, particula in ed. Maur. rationi certe sententiarum congruenter vertitur „tamen“ [cf. Stahl 521, 1: der konzess. Bed. von ἐπεὶ und ἐπεὶ γε entspricht in Hauptsätzen die adversat. „doch, indessen“]. Optativus obliquus post tempora praeterita, iam ap. antiquos rarus, nunquam a Bas. adhibetur. Semel post optativum in ed. Maur. invenitur ὅτι c. coni. constructum: ep. 256 A ὥσπερ ἀν εἴ τις καὶ τὸν λαρῷν αἰτιῷτο, ὅτι . . . τῆς δυσωδίας συναπολαύῃ: quem soloecismum eo minus ferendum duco, quod epistula illa (*Toīs Καισαρεῖσιν ἀπολογίᾳ*) ceteroquin diligentissime scripta est, scribendumque aut συναπολαύει aut -οι [ex assimilatione modi], quarum vocum pronuntiatio nihil ab illa differebat.

4. De enuntiatis consecutivis.

‘Ωστε a Bas. cum verbo finito coniungitur locis circiter ducentis saepeque ita, ut idem valeat atque „itaque“, „ideo“. Praeter plurima indicativi exempla (etiam praeteriti c. ἀν copulati, velut Eun. 304 C, ep. 1013 A, 1025 A) haec sunt optativi potentialis: hex. 137 B, Eun. 568 C, 612 A (hoc uno loco deest ἀν), 645 A, sp. s. 72 A, 88 B, ep. 144 C, 445 D, 493 A, 981 A, 1081 B; imperativi: ps. 220 A, 381 B, 285 C, hom. 176 C, 180 A, 185 D, 396 A, 592 C, sp. s. 160 A, 176 B, praeterea viginti quattuor loci epistularum; coniunctivi adhortativi: hom. 340 B, ep. 313 B; prohibitivi: ep. 1012 A. Etiam in NTo. satis frequenter (vicies) ὥστε particulam indic. sequitur, semel coni. adhort., decies imperat, sed nusquam omnino ἀν. — Altero tanto pluribus locis, circiter quadrangentis, post ὥστε ponitur infinitivus (his locis cum particula ἀν coniunctus: ps. 348 A, Eun. 580 B, adul. 572 C, ep. 556 A, 824 A, 1072 A), quam constructionem iam Atticis [praeter Xen. verbum fin. saepius adhibentem] usitatiorem constat *κοινῆς* scriptoribus sollemnem fuisse. Quod nonnullis illorum locorum infinitivo non tam eventus quam consilium („beabsichtigte Folge“) declaratur — sunt autem numero circiter quadraginta (in his ep. 304 C et Eun. 509 B, ubi inf. c. ὥστε repondet alii inf. articulum τοῦ subsequenti) —, ne id quidem ab Attica consuetudine alienum est (Kh. II 504, St. 500, 1). Post pauca verba particulam ὥστε adiunxit infinitivo, cum simplici infinitivo eventum spectatum significare posset: ep. 509 A post προαπεστείλαμεν (cf. Eur. IA. 1604 πέμπω c. ὥστε), ep. 792 B post διέβημεν (cf. Thuc. 8, 84 ὥστε post ὕμησαν, NT. Luc. 9, 52 εἰσῆλθον . . . ὥστε [sed Mt. 14, 23 ἀνέβη c. inf. sine ὥστε]³⁾; bis

1) Kh. II 463 Homeri paucos locos memorans subaudiendum putat „so frage ich“. Ex LXX et NTo. complura exempla Viteau p. 99 affert.

2) NTi. locos sic incipientes Bttm. p. 319 explicat subaudiendo verba „ich will damit nicht gesagt haben, daß“.

3) Alibi Bas. post verba motum indicantia more antiquo aut simplicem infinitivum adhibet (velut post ἀποτέλλω ep. 428 C, 631 A, 985 A; πέμπω ep. 809 B; ἀλθεῖ ep. 940 A, ps. 433 C; δρμάω ep. 888 B) aut participium, idque plerumque futuri (hom. 265 A, 500 A, 529 A [ώς], adul. 565 A, ep. 600 C, 769 A [ώς], alibi [cf. supra p. 29]), raro praesentis (ep. 436 B, 544 B, 901 B, 997 C). Cf. Kh. II 16: „Bei den Verben der Bewegung [findet sich der Infin.] in der Dichtersprache, seltener in der Prosa, die dafür gewöhnlich das Partic. Fut. gebraucht.“

post verba accipiendi: ep. 780 C *παραλαβάν* et 1008 C *λαβών* [cf. ps. 452 C *παρέδωκε ποιμαίνειν*]; quinque post verba orandi: *δεῖσθαι* ep. 1056 A¹⁾, *ἰκετεύειν* ep. 632 C et 1017 B, *προσεύχεσθαι* 612 B, *παρακαλεῖν* 844 B (cf. Thuc. 1, 119 *δεηθέντες ὥστε*); semel post *βούλεσθαι*: sp. s. 72 B (acc. c. inf.; cf. Eur. Hipp. 1327 *ἡθελ̄ ὥστε*); bis post *διαλέγεσθαι*: ep. 465 A et 504 A („in dem Sinne, daß ... solle“), quibus locis addas ep. 716 D *κοινὸν ὅρον* (regulam) ... *οὐδα ἐκτεθεικώς · ὥστε τῶν δημοσίων αὐτοὺς ἀπέχεσθαι συλλόγων* (cf. Thuc. 5, 17 *ψηφισμένων ὥστε καταλύεσθαι*)²⁾. Multo latius ap. alios scriptores recentiores patuisse hunc pleonasmum particulae *ὥστε* cognoscere licet e locis a Guili. Schmidt p. 418—420 ex Josepho (innumerabilibus paene) et a Jann. Append. VI, 10 et 15 e LXX, NTo., eccl., Byz. allatis. — Coniunctivum post *ὥστε* semel a Bas. usurpari (III. 1081 C) ne Iannaridi (1764) assentiamur, prohibit non solum „the macaronic nature of this construction“, ut ipsius verbis utar, sed etiam id quod locus sumptus est e libro dubio et coniunctivus ille *ἢ* (voculam *ἢ* antecedens) in cod. Coisl. I. deest³⁾.

‘Ως coniunctio consecutiva, quae semel adhibita est a Thuc., saepius a Xen., raro a Pol., nusquam in NTo., frequenter ab Arr. et atticistis (praecepit Philostr.)⁴⁾, ap. Bas. aliquanto rarius quam *ὥστε* legitur. Locis enim centum quadraginta — in his ps. 281 D, ubi falso a Marano vertitur „tanquam“ — ponitur cum infinitivo (aliquoties consilium potius quam consecutionem declarante [velut ps. 241 D, hom. 193 D, sp. s. 189 B; cf. Stahl 500, 1: „bei Xen. steht öfter ὡς in der beabsichtigten Folge“], bis cum *ἄν* loco modi potentialis coniuncto: hom. 217 B et ep. 333 D), semel verbum *ἐπιμελεῖσθαι* sequente: hom. 365 A⁵⁾), raro cum verbo finito [cf. Kh. II 501: „mit dem Verb. fin. nur vereinzelt bei Herod. und Xen.“ et Schm. IV 87]: cum indic. sp. s. 137 B (fortasse „nam“: cf. supra p. 52), ep. 625 A (*ὡς τίν γε*), 885 A (*ὡς ὅ γε*); cum optat. et *ἄν* adul. 577 A (*ὡς ὅ γε*: „Itaque“) et hex. 45 A [sp. s. 101 B *ἢ ὡς* c. opt. et *ἄν* sequitur comparativum: id si fiat, particulae vim non tam consecutivam quam comparativam esse Kh. II 503 dicit].

‘Ινα particula, cui vim consecutivam constat nonnunquam ab Homero (Kh. II 379 sq.), frequenter rursus post Atticam aetatem (cf. permulta exempla a Iann. 1758a e posterioribus [in his tria e Luciano et Philostr.] allata) subiectam esse, a Bas. bis sic usurpatum: ps. 440 D *ἴτι γὰρ δύναται ἀνθρώπος εὑρεῖν τηλικοῦτον*, *ἴνα δῷ ὑπὲρ λυτρώσεως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ* et hom. 476 B *οὐδας γὰρ* [ironice] *πότε ἔγενηθη, ίνα τὸ „πρὸν“ δυνηθῆς ἐπενεγκεῖν τῷ χρόνῳ* („daß“).

‘Οτι quater habet vim consecutivam: ter post *τοσοῦτον ἀπέχω* et inf.⁶⁾ (ps. 344 B, 420 B, 488 B), semel post *τοσοῦτον θαρροῦμεν* (ep. 1021 C). Hunc usum, cuius unum exemplum ex act. s. Christoph. profert Compernass (p. 38: post *τοιοῦτοι*), plura Iann. 1758 b ex Theodoreto (I 1680 C: post

1) Verba *δέονται τῆς παρὰ σοῦ προστασίας*, *ὥστε κελεῦσαι κτλ.* falso vertuntur in ed. Maur. „indigent patrocinio tuo adeo ut iubeas“ pro „orant (implorant) ... ut“.

2) Etiam ap. Bas. adhiberi simplicem infinitivum ad voluntatem dicentis vel existimantis significandam, qualis est ap. Thuc. 5, 59 *Ἄγδι δελεγόσθη μὴ ποιεῖν μάχην*, intellegas ex ep. 432 A *ἐπιστεῖλαι .. ἐπισκέψασθαι* (scribere ut viseret), 928 B *ἐπιστέλλοντες ἐπισκέψησαν*, 665 A *ἐποιεῖν δέχεσθαι* (suscipendum putabant).

3) Hodie particulae *ὥστε* iunctus indicativus significat quod evenire aut evenisse constat („tatsächliche Folge“), sed *ὥστε νά c.* coniunctivo quod evenire potest aut quod eventurum esse quis putat vel fingit. Respondere hoc *ὥστε* solet antegresso demonstrativo *οὗτος, τόσον, τουτοῖς* vel aliis vocabulis: *εἰς τρόπον, ἀρχετά* (Nea 'Hm. 25 Φεβρ. 1910: *ὁ Σύρδεομος ἔχει ἀρκοῦσαν δύναμιν ὥστε νά ἐπιτύχῃ τοῦ ονομοῦ τον*), *παραπλόν* (Nea 'Hm. 30 Φεβρ.: *ἐποχώρησε πολὺ ταπεινωτέρα ἢ ὥστε νά πιστευθῇ εὐθύνῃ*). Alioquin *ὥστε* sq. indic. hodie significat „also, demnach“: *ὥστε βλέπεις ὅτι φεύδεται*.

4) Quod saec. IV. vel V. illa revixit aliquantumque inde temporis mansit, eins rei causam Iann. 1757 b esse suspicatur confusionem particularum *ὥστε* et *ὅτε* (= *ἔντος ὅτε*) antea factam.

5) Ep. 597 C *ἥξισσε .. ὡς ἐν κεφαλαίῳ φανερά γενέσθαι σοι* non est opus ὃς intelligere coniunctionem, cum πλεοναστικώς addi potuerit sequentibus verbis sicut ep. 604 C.

6) Alibi ap. Bas. hanc locutionem sequitur *ὥστε*, plerumque recte c. indic., raro (Eun. 524 B, ep. 636 C) c. inf. coniunctum.

τοσούτου δ' ἀπέσχον) et Byz., Iann. 1557 inde repetit, quod particulae *ὅτι* antiquitus plures significations cum *ὅς* communes fuerint. Sed quod locis allatis omnibus *ὅτι* respondet praegresso pronomini demonstrativo hodieque relativum (*ὅς*)*πον* post *τόσον* idem declarat atque *ὅστε*, demonstrare mihi videatur usum illum natum esse e relativi *ὅς* (*τις*) vi consecutiva, de qua infra p. 61 disseretur¹⁾.

Pronominum *ὅσος* et *οἷος* cum infinitivo structura Attica, NTi. scriptoribus incognita, inter atticistas superiores maxime Philostrato, etiam IV/V. saec. Heliod. (Fritsch II, 7) et Synes. (Fritz 105) usitata, a Bas. quoque adhibetur. Undecies enim neutrum *ὅσον* (quinquies respondens pronomini *τοσοῦτον*) idem significat atque *ὅστε*: ps. 456 B; Eun. 605 B; hom. 229 C, 548 D; sp. s. 213 A; ep. 308 A, 580 A, 633 A, 709 A, 893 B, 920 C; ad hanc similitudinem semel, hom. 320 B, minus attente *ὅσην* post *τοσαύτης γῆς* cum infinitivo iunxit, quamquam non erat declaranda consecutio. Bis *οἷος* c. inf.: ep. 297 B *τοιαῦτα . . . οἷα* et 305 A *τοιοῦτον οἷον*. Ep. 305 A tradita verba *ἐγ' οἵς ὑπάρχειν λογίζεσθαι* tuens Maranus illud relativum idem atque *ὅστε* valere annotat aliosque duos locos affert, ubi relativa (269 B *ὅπερ* et 469 C *ὅθεν*) cum inf. coniungantur; sed cum his locis Bas. infinitivos verbo dicendi vel existimandi (*φημί*, *ἐνομίσαμεν*) animo suo obversanti subiunxisse videatur, scribendum illic est aut id, quod in nonnullis mss. reperitur: *ὑπάρχειν λογίζεσθαι*, aut *ὑπάρχειν λογιζόμεθα*.

5. De enuntiatis finalibus.

ἵνα post tempora praeterita locis innumerabilibus coniunctivo iungitur, his locis more Attico, sed qui inde ab Aristotelis aetate in communi sermone magis magisque evanuit²⁾, cum optativo: adul. 584 C, ep. 789 A (post perfectum pro aor. positum et aoristum subsequens), 1025 B; excipitur optativus coniunctivo, cuius variationis exempla ex Atticis Kh. II 387 affert: ep. 409 A, 428 C-D, 568 B. Post tempora primaria plerumque recte coniunctivus adhibetur, raro e consuetudine recentiorum³⁾ optativus, bis post praesens: Eun. 616 B, ep. 1041 A, semel post coniunctivum adhort.: hom. 557 B (*ἵνα δοκῇ καὶ . . . φανεῖη*), ter post imperativum: ep. 264 C, 1072 A (v. l., postea coniunctivus), 1096 A. — Cum indicativo non coniungitur *ἵνα* nisi temporis praeteriti post alium modum irrealis, ut hom. 349 A, ep. 899 B (*ἔδει . . . ἵνα βεβαωθῇ . . . καὶ . . . μὴ διεσπάτο*), 944 B, nusquam futuri (ut ap. LXX [Viteau p. 81], NTi. scriptores [Bl. p. 216], eccles. [Soph. lex. s. v. *ἵνα* 17]) aut praesentis (ut in libris eccles. [Reinhold p. 107] et Byz. [Hatzid. 216 sqq.]). — Quod infinitivo Bas. semel, ep. 432 A, particulam iunxit, anacoluthon admisisse putandus est ideo non ita mirum, quod id verbum, cui *ἵνα* subiunctum est, ipsum est infinitivus [cf. Kh. II 377: *ὅπως* interdum c. inf.]. — Infinitivi loco finalis (sive ad futurum tempus aliquo modo pertinentis)⁴⁾ post Atticam aetatem *ἵνα* adhiberi coeptum est post verba cupiendi (Teles *ἐπιθυμεῖν*, NT. et Epict. *θέλω ἵνα*), studendi (Pol. *σπουδάζω*, NT. *ξητῶ ἵνα*), decernendi, orandi, hortandi et imperandi (Pol. *παραγγέλλω*; tit. Magnes. [a. 188 a. Chr.] 105, 58 *ἀξιώ*; Diod. *παρακαλῶ*, *γράψω*, *προστάσω*; Phil. *κελεύω*; Ael. *παροξύνω*; NT. *εἰπον ἵνα*), permittendi, faciendi, similemque vim habentia impersonalia (NT. *λνσιτελεῖ*, *συμφέρει*; Cyrill. H. *μὴ γένοτο ἵνα*) et

1) Non erat igitur, quod Krumbacher, Studien zu Romanos (1898) p. 262, permiram indicaret hanc poëtae (in cantico „Mariae Lichtmeß“ v. 288) structuram: *τοσοῦτον . . . ὅτι*.

2) Ap. Pol. paene prorsus hunc optat. obliquum evanuisse, ap. Philonem sexies tantum inveniri Reik p. 44 et 133 testatur. In NTo. nusquam invenitur, ap. Epict. semel (Melcher p. 89), sed ap. Philostr. saepius quam coniunctivus (Schm. IV 88 sq.).

3) Non Polybii, sed Plutarchi, Appiani aliorumque [cf. Diel, de enuntiatis finalibus, 1895, p. 23—25], etiam atticistarum, ut Aristidis et Philostrati. Ceterum ne Atticos quidem prorsus abhorruisse ab hoc usu docet Stahl 482 („so wird die Absicht durch die mildere Form des Wunsches ausgedrückt; doch ist das sehr selten“).

4) Quem Iann. (Append. VI) commode vocat „prospectivum“, distinguens a „declarativo“, qui dissolvebatur particulis *ὅτι*, *διότι*, *ὅστι*, *πῶς*.

substantiva (NT. *ἐξονσία*, *συνήθεια*, *χρόνος*, *ῶρα ἵνα*) et adiectiva (NT. *ἄξιος*, *ἀρκετός*, *ἰκανὸς ἵνα*)¹⁾, cum Attici, si quando simplici nollent infinitivo uti, huic aut ὥστε praeposuissent [Kh. II 8 sq.] aut ὄπως c. coni. vel fut. substituissent [Kh. ib. et 372 sqq.]. Illam recentioris sermonis licentiam sprevit Bas., nisi quod post verba orandi aliquoties *ἵνα* coniunctionem adhibuit, post δεῖσθαι: ep. 637 A [item Dion. H., Jos., Lucian., Ael. (semel: NA. 383, 3), Synes.], post εὐχεσθαι: ep. 564 C, 657 C, 661 B, 733 B, 756 C (*προσ-*), 953 C (*προσ-*), 981 C, 984 A, 996 B [sicut NT. Mt. 24, 20 (*προσ-*), Epict., Marc. Diac., acta ss., al.]. Cum autem verba orandi (*δεῖσθαι*, *εὐχεσθαι*, *ἰκετεύειν*, *παρακαλεῖν*) in sermone ecclesiastico absolute saepe usurpata idem declararent atque „beten“ (v. Schwartzii ind. ad Eus. s. v. *εὐχομαι*), minime est mirandum, si etiam Bas. interdum *ἵνα* subiunxit illis verbis, post quae plerumque Attico more posuit (acc. c.) inf. (velut post *εὐχεσθαι* ep. 581 A, 705 C, 768 B)²⁾.

Ὀπώς coniunctio rarescens in vulgari posteriorum sermone a Bas. quoque minus saepe quam *ἵνα* usurpata est. Iungitur autem non ita raro coniunctivo, ut hom. 265 A (post *φροντίζεις*), ep. 433 A (post *φροντιεῖς*), 525 A, 1032 B (pendens ab *ἐνθυμη*), sp. s. 69 A (primo *ἵνα*, deinde ὄπ.). etiam absolute, per ellipsis verbi *ὅρα* (*σκόπει*): ep. 272 B (sq. μῆ), 421 B, 508 D, 666 B (post *ἄγε οὖν*)³⁾. — *Ἄν* nunquam coniunctivo addidit ut interdum Attici significandi causa „unter Umständen, gegebenenfalls, si fieri possit“ (Kh. II 573). — Optativus a Bas. post praeteritum tempus semel adhibitus est, in illa ad adul. or. (576 B post *παρέπεμψε*), post praesens (ut ap. Aristid. et Philostr.; cf. supra p. 54) bis: adul. 581 C (opt. fut. *ἴξοι* post *πάσσαν σπουδὴν εἰσφέρεσθαι*) et ep. 337 A. Ter optativo additur post praesentia *ἄν* [cf. Kh. II 386: „Bei den Attikern, abgesehen von Xen., nur ganz vereinzelt, bei Her. und Xen. meist nach einem Praeter.“]: ep. 417 C, 524 C, 611 A (post *συνείχεσθαι*). — Indicativus futuri *κοινῇ διαλέκτῳ* (veluti Polybii sermoni et NTi) prorsus alienus ac ne ab atticistis quidem, quod videam, frequentatus nusquam legitur ap. Bas. Unum optativum futuri modo memoravi.

὾ς particula finalis ab Atticis excepto Xenophonte rarius usurpata, postea obliterata, sed ab atticistis revocata atque etiam ab Ios., Plut., Arr. frequentata (Diel p. 18), a Bas. iungitur coniunctivo, semel simplici: ep. 1025 A (post imperativum), ter cum *ἄν* [ut nonnunquam ap. tragg. et Xen.; saepe ap. Ios. et Ael.] copulato: hex. 180 C, ps. 484 B, hom. 456 C (quorum locorum unoquoque *ἄν* condicionem aliquam cogitatam significat), nunquam optativo simplici [cf. Schm. IV 88: „bei Philostr. ist die überwiegende Finalpartikel *ἄς* c. Opt.; auch bei Luc. sehr häufig“], sed tredecim locis cum *ἄν* coniuncto [sicut ap. Ios. saepe, Ael. sexies, Philostr. semel, Euseb. et Heliod. frequenter, Syn. ter in epp., Agath. crebro], et quidem post tempus praeteritum, ubi interdum iam ap. Atticos (Kh. II 386): Eun. 585 B, 652 A, ep. 325 A, 464 B, 485 B, C, 776 B, 1000 A; post praesens: hex. 69 B, hom. 185 B, ep. 1073 A; post imperat.: Eun. 513 A; post fut.: ep. 340 A. Hac particulae *ἄν* cum optativo coniunctione Atticum flosculum adhibere sibi visum esse Basiliū [cf. Schm. III 86] inde licet conicere, quod illa in litteris ad laicos

1) Cf. Bl. p. 230—233 et Melcher 80 sqq. Haec infinitivi dissolvendi ratio cum aetate Romana et Byzantina paulatim post omnia verba et nomina adhiberetur, quorum notio olim infinitivo fuerat complenda [cf. Soph. lex. s. v. *ἵνα* 1. — 7.], postremo evenit, ut nihil in vulgari sermone esset reliquum infinitivi locumque eius teneret coniunctivus iunctus particulae *ῥά* ex *ἵνα* ortae.

2) Nonnulli posteriorum post haec verba posuerunt *ὄπως*, velut Plut. saepe post *αἰτεῖσθαι* et *δεῖσθαι* (item ut post *γράφειν*, *ἐπιστέλλειν*, *πείθειν*), Ios. et Callin. post *εὐχεσθαι*. — De hodierno finalium coniunctionum usu hic memoraverim, praeter *ἵνα*, cuius locum in cotidiano sermone διὰ (sive γὰ) *ῥά* tenere solet, in cultiore sermone nonnumquam usurpari *ὄπως* c. coni. aor., et hoc quidem non solum ita ut significet „eo consilio ut . . .“, sed etiam ad complementum vel explicandam notionem verborum (*ἔγχινο* [billige, genehmige], *ἐξορχίζω*, *εὐχομαι προσέχω*, *συνίστημι* [empfehle], sim.), adiectivorum (*Νέα Ἡμ. 13 Φεβρ. 1910 ἀναγκαῖος ὅμως θεωρεῖται ὅπος* sq. coni. aor.), substantivorum (*ἄδεια* [Erlaubnis], *ἀπόφρασις* [Entschluß], *εἶκαιρα*, *εὐχῆ*, *ἰκεσθα*, al.; cf. *Νέα Ἡμ. 16 Ιαν. 1910 ἐπερίσχωσεν ἡ γνώμη ὅπως* sq. coni. aor.: „daß . . . solle“).

3) Sicut ap. Atticos, nisi quod hi saepius futurum adhibuerunt, coniunctivum autem nusquam fere nisi post *ὄπ.* μῆ. Nunquam a Bas. *ἵνα* sic usurpatur (ut in NTo. [Bl. 214, 4] et Epict. diss. III 4, 9 [*ἄγε *ἵνα**]).

homines dignitate et auctoritate conspicuos datis usus est, quas omnino Atticis ornamentis abundare non semel vidimus. — Cum infinitivo constructum ὡς interdum non tam ἐκβατικῶς quam τελικῶς usurpari neque id discrepare ab Attico usu supra monuimus. Omnino si comparaveris particularum consecutivarum usum Basiliandum et finalium, quod de multis posteriorum dicendum est, parum diligenter eos discernere consilium ab eventu, id in Basiliū minime cadere cognoscas.

Mή sicut antiquitus et per se ipsum significat idem atque *ἴνα μή* (velut hex. 24 A, hom. 265 B [utroque loco post imperat.], adul. 265 B [post adi. verb. — *έος*]) et verba timendi sequitur et loco plenae locutionis *ὅρα μή*, quae legitur hom. 204 A et 249 D [nusquam vulgare *βλέπε μή* ut in NTo. et ap. Epict.], per ellipsis coniunctivo iungitur (hom. 441 B *μή ποτε καὶ σὺ ... ἐμπέσῃς ποτέ*, ep. 697 A *μή πον ... λάθωμεν* [ubi delenda nota distinctionis interrogativa]; cf. hex. 85 B *μή ποτε γελοῖον* [sc. *γ?*?]). Huius particulae vis finalis cum iam Attica aetate paulatim adeo extenuata sit, ut indicativo praesentis iungi posset (cf. supra p. 50), non est mirandum, quod *μή ποτε* a Bas. aliquoties ut saepe ab aliis posterioribus (Kh. II 396) tamquam adverbium *ἴσως* cum indicativo coniunctum est: hom. 404 C, 448 B; ps. 336 B (delendum signum interrogationis, cum significatio „num“ sententiae repugnet), 341 B, 384 A, 408 A, 453 C.

6. De enuntiatis condicionalibus.

Ratione plerisque grammaticis usitata quattuor formas distinguemus: realem, temporalem, potentialem, irrealem.

I. **Realis** (sive logica) forma plane congruit cum Attica, etiam eo quod in apodosi nonnunquam optativus et *ἄν* adhibetur, ut hex. 24 C, 36 C, 81 B; ps. 284 B; Eun. 556 A; hom. 260 C; sp. s. 113 A, 172 A, 216 B; ep. 925 B.

II. Eventum condicionis **exspectari** ut significaret, Bas. frequentissime recte usurpavit *ἔάν*, aliquoties — locos enotavi quindecim — *ἄν*, quae particula Byzantina aetate ceteras summovit hodieque in vulgi sermone sola adhibetur, bis (hom. 549 B et adul. 569 C) *ἢν* coniunctionem olim ab Ionibus potissimum usurpatam, NTi. scriptoribus incognitam, postea a Philostr. frequentatam. Semel particulas *εἰ* et *ἄν* dirempsit: ep. 292 A *εἰ μή τι ἄν οἱ ταῦτα πεπιστευμένοι δοκιμίσωσι* [cf. locos a Reinholdio p. 35 ex apoer., a Compernassio p. 14 ex actis ss., ab Hatzid. p. 216 e duobus titulis allatos, unde causam disiunctionis pronomen *τις* fuisse artius cum *εἰ* cohaerens cognoscere licet]. — **Εἰ** particulam num quando Attici solutae orationis scriptores Homero aliisque poetis auctoribus simplici coniunctivo iuxterint, iam diu inter doctos ambigitur [cf. Kh. II 474: „bei den att. Prosaikern sehr selten und zweifelhaft“]. Hoc tamen constat, apud posteriores (velut Dion. H., Diod., Plut.; NTi. scriptores, eccles., Byz.; cf. Iann. 1988) hunc usum pervulgatum fuisse ac ne atticistas quidem sophistasque (ut Luc. et Philostr.) eo prorsus abstinuisse. Quid mirum, si ap. Bas. paucis locis [praeter eos quos p. 50 sq. attuli] invenitur: hom. 541 A; ep. 437 C, 501 B, 612 C, 784 C (*τέως δὲ οὐδὲ ἀναγκαῖον τὸ πρᾶγμα* — iter hieme sucipiendum — *ἔφανη, πλὴν εἰ μὴ αὐτὸς συμβούλεύσῃς*, a. l. *συμβούλεύσεις*), 981 A, sp. s. 180 A (duobus his locis in apodosi opt. c. *ἄν*, sicut saepe ap. Atticos: Kh. II 475). Variandi studio ductus in eodem verborum ambitu ep. 849 D priore loco coniunctivo iuxxit *εἰ*, posteriore *ἔάν*. Percerebrentis illius ap. posteros usus causa videtur fuisse non solum futurum rarescens, cuius in locum in vulgi sermone saepe coniunctivum successisse supra p. 44 memoravimus, sed etiam optativus in subiunctis praesertim enuntiatis evanescens, cuius partes cum a ceteris modis tum a coniunctivo suscipienda erant. Id intuentes non mirabimur, quod hisce locis in eadem verborum continuatione post particulam *εἰ* sine ullo significationis discriminē optativum sequitur coniunctivus aut hunc ille: hom. 316 C *εἰ δέ πον ... περιτραπεῖη τὰ πράγματα καὶ ὁ πλούσιος γένηται πένης ... , ἀχαριστοῦντας* (sc. *οἶδα πολλούς*); 525 D, 552 C; ep. 676 B. — Sicut *εἰ* modum particulae *ἔάν* proprium assumpsit, ita haec modos illi

convenientes. Optativus post ἔαντι sive ἄντι, quem antiquos nonnumquam usurpasse („ex mente alius“) Hermannus ad Viger. p. 820 concessit, recentiores grammatici (Kh. II 549, Stahl 338, 2) negant, inter posteriores autem etiam atticistae certe adhibuerunt (semel Philostr., saepius Luc., innumerabilibus locis postea Procop.), sex locis legitur ap. Bas., ubi de re futura agitur, quae nequaquam ut cogitatio alterius refertur: hom. 481 B (ἄντι), ep. 273 B, 504 C (ἄντι), 656 B (ἄντι), 669 B, 705 C (respondens ad coniunctivum). Animadvertis tamen velim horum optativorum quattuor (*λέγοται*, *μέλλοται*, *bis τίχοται*) pariter atque coniunctivos (*λέγεται* etc.) pronuntiatos esse ideoque facile labi potuisse librarios, pro uno in aliis codd. alias verbi coniunctivum legi, unum modo (*τίθοται*) difficiliorum esse ad emendandum. Indicativus post ἔαντι saepe a posterioribus (Pol. 9, 31, 2 [ἄντι], LXX, NT., eccles., Procop.; cf. Deissmann, „Neue Bibelstudien“, 1897, p. 29), nunquam tamen ab atticistis positus ap. Bas. nusquam legitur nisi semel pro modo irreali: ep. 1068 C *προθύμως εἰχον ἀντις θέγξασθαι*, ἔαντι τις . . . *ὑπέμυησε* („admonuisset“), quacum structura compares et antiquam *εἰ* — *ἄντι* c. praet. (Stahl 442, 2) et hodiernam *ἄντι* c. ind. imperfect. et aor. — Propter orationem obliquam ἔαντι et coni. post tempus praeteritum nonnunquam eum commutasse particula *εἰ* et optat. (velut Eun. 501 C *ἔωρα . . . εἰ . . . ποτοῖτο*, . . . *διαγενέσθαι*, 509 C, 569 B, 669 B; ep. 236 B, 517 B, 753 B, 848 A, 1016 C, 1065 D) ideo parum constat, quod illis locis etiam in oratione recta *εἰ* et optativum pro sua consuetudine quam saepissime hunc modum particulae *εἰ* subiungendi adhibere potuit. Conferas quae Reik p. 158 de simili Philonis usu dicit. [Optativum iterativum post tempus praeteritum et *εἰ* non memini me legere ap. Bas.]

III. **Potentialis** periodus plena (*εἰ c. opt. — opt. c. ἄν*), cum iam ap. Pol. perraro (cf. Reik p. 57), in NTo. nusquam (Bttm. § 139, 24) inveniatur, ap. Bas. non ita raro legitur, velut hom. 201 A (εὐδοις ἄν, *εἰ καταμάθοις*), 369 B, 373 C, 381 B, 468 C; hex. 52 A; ps. 412 C; Eun. 541 B, 588 B, 600 A, 640 A, 648 A; sp. s. 72 A, 124 C, 188 A, 200 C; ep. 236 B, 301 A, C, 304 B, 313 A, 340 C, 424 C, 477 B, 525 D, 644 B, 788 C, 901 A. Omissum est ἄν in apodosi [Kh. II 478 ann. 4: „bei den Attikern mit Recht beanstandet“] sp. s. 172 C (ceterum in vetustiore ed. Parisina aliis fortasse codd. mixa optativi loco legitur futurum antegresso δεήσει maigis conveniens); altero loco, adul. 585 A, in cod. Monacensi 141 contra atque in ed. Maur. ἄν additum inveni (σχολή γ' ἄν ἄλλο τι . . θαυμάσαιμεν: apparet ἄν ante ἄλλο facile potuisse intercidere). — In apodosi indicativum ab Atticis non raro positum esse, ut dubiae condicioni opponent consecutionem certam, Kh. II 478 probat. De inferioris autem aetatis usu quod Schm. I 98 dicit: „die Späteren haben daraus eine stehende Form des Bedingungssatzes gemacht“ plurimisque deinceps ex atticistis exemplis¹⁾ demonstrat, id in Basiliū quoque cadit, quamquam multi horum locorum ad concentum cum Attico usu revocari possunt interpretando „wenn etwa (je) . . sollte, so ist (wird) jedenfalls —“. Est enim in apodosi: a) indic. praesentis locis circiter sexaginta quinque²⁾, velut hex. 52 A *εἴτε οὖν ἡμέρα ἡ κατάστασις ἔκεινη λέγουσι, μία ἐστίν . ., εἴτε αἰών προσαγορεύοιτο, μοναχὸς ἄν εἴη*; hom. 541 A *δεῖ τοίνυν ἡμᾶς sq. inf., εἴπερ ἐθέλοιμεν* (sic cum Garnero scribendum, non -ομεν ant -ωμεν, cum in hac ipsa oratione, quae inscribitur „Mundanis rebus adhaerendum non esse“ et locutionibus Atticorum propriis referta est, optativus post *εἰ* septendecim locis legatur atque ipsius verbi ἐθέλω praeter hunc tribus), 556 A *εἰ μὲν εἰς γῆν νεύσοι* (opt. fut!), *ὑποκοινεως εἰναι λέγουμεν ἐργάτην αὐτόν* (mendicum) · *εἰ δὲ μετὰ παροχήσας προσβλέψοι* (fut.!) *ἡμᾶς, ἀναιδῆ πάλιν καλοῦμεν*; adul. 580 A *οὐχ ὁρῶ* (sc. utilitatem), *πλὴν εἰ μὴ ἡδονήν τινα φέρου . .;* 580 D *οὐδὲ μεγάλας ἐπιτίδας ἀνταλλακτέον* (sc. ἐστίν, quod aliquoties in apodosi omissum est),

¹⁾ Quibus addi possunt permulta e Philone — cf. Reik p. 155: „die Modification [sc. im Nachsatz Indik.] ist dreifach so stark vertreten als die Grundform, ein durchaus unnatürliches Verhältnis“ —, Methodio (e. gr. cf. de lib. arb. [ed. Jahn] pp. 106—108. ubi sex minimum optativi), Heliod. (Fritsch p. 4: locis plus sexaginta), Synes. (Fritz p. 117 sqq.).

²⁾ Hoc numero comprehenduntur etiam ii loci (sunt autem circiter quindecim), quibus indicativi locum tenet infinitivus ad tempus praesens pertinens.

εῖπεο μὴ μέλλομεν ὀνείδη ἔξειν; cf. etiam locos supra p. 56 allatos. b) indic. futuri locis circiter quinquaginta, in his adul. 568 A¹), hom. 552 A *εἰ δὲ οὐβρίζειν αὐτὸν (τὸ σῶμα) συγχωρήσου* (fut.!) . . ., *κείσεται (ἄνθρωπος) στένων ἀνόνητα*, partic. fut. ib. 548 B *ἔξω ποι βάλλομεν* (quae edimus) *ἀς, εἰ τοῖς σπλάγχνοις ἐγχωρίσου* (fut.!), *τὰ μέγιστα κινδυνεύσοντες* (a. l. *κινδυνεύοντες*). c) indic. perfecti quater: ps. 320 B, hom. 548 D, ep. 473 A, 488 B. d) indic. aoristi: hom. 365 B (gnomici) et ep. 657 B (*μήτε εῦδον λύσιν [= ἐν τῷ λύσον], εἶ*); insolenter duobus locis ad verbum fere consentientibus addito *ἄντε*: ep. 408 A et 456 A, ubi aut opt. c. *ἄντε* aut futurum ponendum erat loquenti de eo, quod eventurum sperabat. e) imperativus: hex. 16 C; Eun. 548 B, 605 A, 648 B; ep. 260 B, 265 A, 392 A, 1089 A; coniunctivus adhort.: Eun. 59 B et hom. 553 A.

IV. De **irrealibus** periodis pauca dicenda sunt. In apodosi nonnunquam *ἄντε* omissum est e consuetudine Attica aut in priore enuntiato particula illa posita (hom. 429 B et ep. 969 B) aut post verba idem declarantia atque „velle“, „posse“, „debere“ (cf. praeter locos p. 45 allatos: *ἔβοντόμην* ep. 885 B; *ἔξηρκει* hex. 176 C, ep. 624 B, 1005 D; *τι ἔκώλυτε* hex. 84 C; *οὐδὲν ἔκώλυτε* hom. 192 C, ep. 425 B; *χράτιστον* ep. 445 B; *ἀπρόσιτος ἦν* hom. 177 D; *ἀνάξιος ἦν* ep. 1005 A; *ποία ἦν ἔλπις* ps. 329 D; *ἔδει* Eun. 580 B, ep. 616 B; *ἔχογην* Eun. 480 A; *τις χρεία* ps. 277 C; *ἔμελλε* hex. 152 C; *ἔμε ἡνάγκαζε . . ., ἐπειδὴ δὲ κτλ.* ep. 449 D) aut more oratorio ad significandam consecutionis necessitatem (ep. 408 A, 885 B, 1068 C, ps. 273 A; cf. Kr. 54, 10, 1: „unausbleiblich“). — Futurum in apodosi semel inveniri, aliquoties post adverbium *οὗτος* protasis vice fungens p. 46 ostendimus. Eun. 636 B post idem *οὗτος* opt. c. *ἄντε* adhibetur, alibi (ut hex. 68 B) praet. c. *ἄντε*.

Breviter hic mentionem faciamus coniunctionum **comparativarum**. *‘Ωσπερ ἄντε εἰ* iungitur optativo adul. 573 C, hom. 276 B, 285 D, 345 A, 393 B, ps. 241 C, Eun. 516 A, 548 A, 604 B, ep. 256 A, 445 A, 488 A; imperfecto Eun. 608 B et ep. 861 A; *ώς ἄντε εἰ* optativo ep. 321 B, imperfecto hex. 49 B²); *οἷονετ* optativo ps. 309 A, 485 C, hom. 545 C. *‘Ως ἄντε,* quas voculas Schm. II 168 ait dictionem vere popularem fuisse constatque postea in particulam hodie tritissimam *σάν* coaluisse, ap. Bas. nusquam significat „quasi“.

7. De enuntiatis concessivis.

Ab *εἰ καὶ* et *καὶ εἰ* incipientium enuntiatorum eadem est ratio atque condicionalium. *Καὶ* ter optativo iungitur (ut interdum etiam ab atticistis: Schm. I 244, II 59, IV 90), unoquoque loco post temp. prae.: hom. 544 D (*θελήσοι*: fut.!), ep. 588 B (*εἴποι*), 1081 C (*λείποιτο*); cf. *ἔπει* p. 57. *Καίτοι* more posteriorum, etiam atticistarum (Schm. III 243), saepe cum participio coniungitur, velut Eun. 500 A, 533 C, hom. 545 A (*καίτοι γέ*) ep. 377 B (*καίτοι γέ*), 612 C, 825 A; aliquoties cum verbo finito ibi, ubi ratio sententiarum subiunctionem postulare videtur, velut hom. 292 A, 373 C, ps. 297 B [cf. Du Mesnil, Grammatica quam Lucianus . . . secutus est, p. 52]. Raro ponitur *καίπερ*³), sed semper recte cum part. (ep. 320 B, 321 A, 644 B), nunquam cum verbo fin. ut ab Arr. An. VII 14, 17 aliisque (non atticistis). De *ἔπει* aliisque particulis causalibus v. supra p. 51.

¹⁾ Quam infirmae sint conjecturae non nitentes observatione elocutionis scriptoris propriae, satis ostendit Lothholz, cum *εἰ μέλλει* scribens annotavit: „Der Optativ würde hier nicht passend erscheinen, deshalb hat Sinner den Indikativ korrigiert.“ Immo aptissimus est optativus, si minus ad Atticam consuetudinem at certe Basili, apud quem persaepe occurrant verba *εἰ μέλλοι*, *εἰ ἔθέλοι*, *εἰ τυγχάνοι (τύχοι)*, *εἰ (τις) λέγοι*. Item ut his formulis B. delectatus est optativi usurpatione post *πλήνει μή* (*πον.*, *ἄρα*), *ἔκπος εἰ μή* (*πον.*), *εἰ (μή) τις (τινες)*.

²⁾ Cf. Schm. I 140: „ώσπερ ἄντε εἰ mit Ind. Praet. oder Opt. und ὡς ἄντε mit Opt. sind als Attizismen zu betrachten“ et II 619: „nirgends im NT.“.

³⁾ Oblitterata est postea haec particula, sed etiamnunc vigent *καίτοι* (c. verb. fin.), *ἄντε καὶ*, *καὶ ἄντε (καὶ τά)*.

8. De enuntiatis temporalibus.

Πρότιν particulam significantem „*priusquam*“ Bas. sicut NTi. scriptores nusquam indicativo iungit, sed contra atque hi¹⁾ more Attico nonnunquam post negativum enuntiatum coniunctivo et ἄν: hex. 173 A, 189 B, ps. 437 C, Eun. 521 A, hom. 292 D, 293 B, 489 B, ep. 224 A, quorum locorum plurimis negationi addidit *πρότερον*. Bis tamen omisit particulam ἄν, quemadmodum nonnunquam antiqui (Kh. II 455 ann. 1), saepius posteri (etiam Luc. et Philostr.: Schm. I 244, IV 85): hex. 57 A (*μή πρότερον..π.*) et hom. 356 C (*οὐ πρότερον..πρὸν η̄*)²⁾. Pro eo autem coniunctivo, qui legitur ep. 481 A, rectius existimo recipi e duobus codd. infinitivum, quia enuntiatio primario negatione carente et antiqui semper infinitivo utebantur et ceteris omnibus locis Basilius. Ponitur autem infinitivus a B. non solum ubicumque enuntiatum primarium est affirmativum (hex. 4 A, 5 B, 13 B, 33 A, 81 C, 101 C, 141 A, hom. 333 C, 337 C, alibi; *πρὸν η̄*: hom. 473 B, 560 A), verum etiam interdum post negationem (plerumque cum *πρότερον* copulatam), ut hex. 81 B, 181 C; hom. 240 B, 356 B (*π. η̄*), 541 A, ep. 401 B, 720 A (*π. η̄*), 721 B (*π. η̄*), 765 B; semel post (*μήθ..*) *πρότερον η̄*: ep. 624 B (structura attica). Huic infinitivo addere ἄν cum alienissimum sit a sermone graeco (Stahl 464, 3), dubito an orationis praeter ceteras diligenter scriptae uno loco, adul. 585 C *οὐ πρότερον αὐτὸν θεωράσειν ἔφη* (Socrates), *πρὸν ἀν..πειραθῆναι*, pro infinitivo scribendus sit coniunctivus *πειραθῆ*. Nusquam *πρὸν τοῦ* (ut v. c. Sext. Emp. 222, 16), sed sexies *πρὸ τοῦ* c. inf. (v. infra), cuius structurae locum hodie tenet *προτοῦ νά* c. coni. (praeter *πρὸν [η̄]* c. coni.). Optativus nunquam ap. Bas.

Quod nos coniunctione „*bis*“, Bas. declarat his coniunctionibus: a) *ἔως*, quae particula iungitur indicativo (aoristi: hom. 341 A et al., nusquam perperam [ut a nonnullis posteriorum] futuri), coniunctivo cum ἄν copulata (hex. 165 D post *μέχρι τοσούτον*, 189 B, C, 193 C, ps. 217 D, hom. 200 D, 292 D, 357 D, sp. s. 100 C, ep. 404 B, 720 C, 724 B, 833 C, alibi), semel (hom. 424 A) omissa adverbio ἄν³⁾, uno loco ex modi quadam assimilatione optativo et ἄν (hom. 345 B *ἄσπερ ἀν εἰ τις..καταδέχοιτο..*, *ἔως ἀν..ἔξιάσαιτο*), nusquam simplici optativo. *ἔως οὖ*, coniunctio Ionum [Herod.] olim propria, a Pol. denuo frequentata, ab atticistis sophistique vitata, sed vulgari sermone servata⁴⁾, bis tantum usurpatur sequente aoristo *ἡλθεν*: ps. 452 C et ep. 881 B. Nusquam infinitivus post *ἔως* (ut in papyr., ap. LXX, Ios.) aut *ἔως τοῦ* (ut ap. Pol. et in NTo.). b) *μέχρις* particula uno loco recte iuncta coniunctivo et ἄν: hex. 116 D, altero: ep. 1039 C (Libanio scripta) in eodem enuntiato post perf. praesens (*κέκτημαι*) primo posita cum optativo (*ἐπιλάβοι*: fortasse elegantiae opinatae causa), deinde cum coniunctivo item adverbio ἄν carente; *μέχρις οὖ* semel cum ind. aor.: hom. 305 A, semel (post *μέχρι τοσούτον*) cum simplici coniunctivo: ep. 981 A⁵⁾). *Ἄχρι* coniunctio iam ap. Atticos rara nusquam legitur ap. Bas., sed. in ep. XL. a Julianu ad eum missa (544 A): *δεῖ με τροπώσασθαι Σάπωσιν.., ἄχρις οὖ ὑπόφροδος.. γένηται*.

„*Quamdiu*“ Bas. significare solet coniunctione *ἔως* eique subiungere vel indicativum (imperfecti: hom. 285 C, ep. 317 B; praesentis: Eun. 537 D; hom. 421 D, 436 B, 508 A; adul. 565 D [sq. *τέως*, quod nusquam in NTo.]; ep. 273 C, 317 B, 380 C, 481 A, 504 D, 697 A, 861 C, 864 B, 1061 C) vel ἄν et

1) Cf. etiam Schm. IV 86: „die Struktur *πρὸν ἄν* c. coni. ist für Philostr. völlig erloschen“.

2) Sexies legi *πρὸν η̄*, quae particulae saepe copulantur ab Herodoto, raro aut nunquam ab Atticis [Stahl 446: „das ionische *πρὸν η̄* ist den Attikern abzusprechen“], crebro a posteris (etiam Ael.: Schm. III 84).

3) Sicut interdum ap. antiquos (cf. Blaß p. 224: „der Grund wird darin liegen, daß diese Sätze [mit „*bis*“] eine gewisse Verwandtschaft mit den finalen haben, ebenso wie die mit *πρὸν*“), saepe ap. posteros; ceterum legitur ἄν in cod. Reg. primo.

4) Hodie quoque usurpatur *ἔως οὖ* (*ὅτου*), in vulgi autem sermone contracta forma *ώς* [sive *ῶς*] sqq. *οὖ*, *ὅτου*, *ὅποιν*, *ὅποι*.

5) Cf. *Nέα Ἡμ.* 9 'Iar. 1910: *λαβόντες τὸ ἄγιον φῶς φυλάττονται αὐτὸ.., μέχρις οὖ ἐπανέλθωσιν οἴκαδε*.

coniunctivum (hex. 81 A; Eun. 596 B; hom. 453 B; ep. 284 A, 412 C, 556 C, 765 C, al.). Dubia lectio ep. 744 B *ἔως ἀναπνέωμεν*: alii codd. — *ομεν*. Bis terve consociantur particulae *ἔως ὅτε*¹⁾: ps. 317 D c. imperf., 473 B c. ind. praes. [hom. 193 B c. imperfect: orationem Garneius Basilii esse negat]. Quin etiam copulatae particulae *ἔως μέχρι* semel significant „quamdiu“: hom. 316 C [cf. Weissenb. p. 37 de Plut.: „*ἄχρι* und *μέχρι* nicht selten — solange als“ et Soph. lex. s. v. *μέχρι*, ubi huius vocis idem valentis exempla e Pol., Philone, Epict., Iust., Clementin. (*μ. ὅτε*, *Sext. (μ. οὐ)* afferuntur]. **Mέχρι τίνος** semel insolenter positum esse supra p. 36 memoravi. — Nusquam legitur ap. Bas. *ἔστε*, quae coniunctio Herodoto olim et Xenophonti usitata cum mature e communi usu excidisset, ab atticistis aliquot (Ael., Philostr., Arrian., Method.) denuo usurpata est.

Cum²⁾ significatur particulis antiquitus usitatis: *ὅτε*, *ὅπότε*, *ὅσάκις* [saepe sicut etiamnunc], *ώς* (hom. 240 C; 520 B et C, 497 C, 500 A; ep. 501 A, 913 B et C, alibi; cf. supra p. 52), *ἥντικα* (ep. 589 C, 636 A, 637 C, 716 B, alibi); *ἐπει* [hodie prorsus extincta, sicut *ἥντικα*], *ἐπειδή* [hodie semper „quia“], *ἐπειδήπερ* (ep. 237 A). Coniunctivo haec suo quaeque loco iunguntur: *ὅταν* (hex. 25 C, 45 B, 57 A, B, 60 C, 64 D, 68 A, 73 A plurimisque aliis locis), *ὅσάκις ἄν* (hex. 49 B; ep. 608 A, 609 B, 660 C, 664 B, alibi)³⁾, *ἥντικα ἄν* (ps. 421 B, hom. 325 D, 444 B; ep. 352 A; al.), *ἐπάν* (ps. 332 B), *ἐπειδάν* (hex. 25 A, 81 A, 84 B, 96 A, 125 B; ps. 212 C, 289 B; ep. 593 A, B, 668 A, 949 C; al.)⁴⁾. Ter usurpatur optativus post *ὅταν* (de re praesenti): hom. 548 C (*λάβοι*, antea coniunctivus), ep. 580 B (*εἴησοι*), 769 C (*ἔχοι*, postea coniunctivus *ἢ*), ubi tamen optativi pronuntiatio eadem fuit atque coniunctivi; cf. supra p. 57 *ἔάν* c. opt. et Schm. I 244 de Luciano *ἐπάν*, *ἐπειδάν*, *ὅπόταν* optativo iungente. Indicativus post *ὅταν* iam a Pol., postea a Strab., Phil., Ios., NTi. et eccles. scriptoribus aliisque positus (Iann. 1987, Reinhold p. 108) a Bas. aequo vitatur atque ab atticistis superioribus⁵⁾. Nam ep. 1036 C e duobus Regiis codd. sumendus est coniunctivus *ἕπογαινωστι*, cuius in locum librariorum neglegentia *ον* et *ω* pariter pronuntiantium (cf. Reinhold p. 41) facile indicativus irrepere potuit. Uno tamen loco, hom. 305 C, *ἥντικα ἄν* c. ind. aor. Bas. posuit, ut more posteriorum (Bl. p. 212) significaret rei praeteritae iterationem. Antiquos hanc constat in primariis tantum enuntiatis ita (praeterito c. *ἄν* copulato) declarasse, in subiunctis optativo. Huiusmodi autem optativus iterativus a NTi. aliorumque *κοινῆς* scriptorum sermone alienus⁶⁾ a Bas. nusquam adhibetur nisi in illa oratione ad Atticam elegantiam quam maxime conformata: *ὅπότε* *θούλοιτο* adul. 580 A et 588 A (post imperfect). Prorsus denique Bas. abstinet in omnibus enuntiatis temporalibus optativo obliquo.

9. De enuntiatis relativis.

In **declarativis** (sive explicativis) sententiis e consuetudine Attica, NTi. scriptoribus incognita optativus potentialis usurpatur Eun. 540 C, D; sp. s. 69 B et 73 A (*ώς ἄν τῷ δόξαι*); ep. 888 B, 893 B; saepiusque, sed nunquam optativus obliquus⁷⁾ loco indicativi.

¹⁾ Nunquam ab atticistis superioribus. Idem („quamdiu“) valent ap. Io. Chrys. X 135 D. Quae autem contractione inde orta est forma, *ἔστε* (*νά*), ea hodie significat „usque dum“, cum „quamdiu“ declaretur vocabulis *ἐνόσοη* et *οοον*).

²⁾ Semel deest *ἄν* post *ὅσάκις*: ep. 603 B, quam tamen ep. propter landes ibi Basilio tributas huius esse negaverim.

³⁾ *Ως ἄν* sicut ap. Atticos nunquam habet vim temporalem; quae vulgari posteriorum (etiam NTi.) sermone ei subiecta est et usque ad hanc aetatem mansit. Hodie enim *ώσαν* idem potest declarare atque *ὅταν* (*ὅτε*), *ὅπόταν* (*ὅπότε*): „als“, „wenn“.

⁴⁾ *Ἄν* post Atticam aetatem cum particulis temporalibus in unum confusum ad solam formam pertinuit, i. e. in sermone vulgari ad pleniorum vocis sonum, ap. Pol. ad evitandum hiatum. Significationis autem ratione non habita etiam cum indicativo potuit coire, cui etiamnunc *ὅταν* (sive *ὅτια[ζ]*) iungi solet.

⁵⁾ Cf. Reik p. 142 de Philone: „Für den iterativen Optativ zur Bezeichnung der unbestimmten Wiederholung in der Vergangenheit in der direkten Rede findet sich kaum ein klar ausgeprägtes, reines Beispiel.“

⁶⁾ Cf. Reik p. 52 de Polybio: „als Stellvertreter des Indikativs . . . fast ganz verschwunden“ et p. 143 de Phil.: „in ideell abhängigen Nebensätzen . . . ist nach einer Nebenzeite stets der ursprüngliche Indikativ beibehalten“.

Consecutivam vim relativo subiectis Bas. more antiquo indicativum usurpat cum omnium temporum (aoristi ep. 1049 C *οὐδεὶς οὕτως ἔστι λιθίην ἔχων τὴν παρόταν*, ὃς *οὐχὶ.. ἐλογίσατο*, praesentis ep. 937 C [item post *οὕτω*]) tum futuri, huiusque non solum futuram rem significantis, velut ps. 324 A (post opt. c. *ἄν*), ep. 413 D (optatum), 436 B (*οὐδὲ οἷς δρέξετε τὴν χεῖρα ενδρήσετε*), 448 C, sed etiam praesentem facultatem ad similitudinem modi: adul. 572 C (ubi eidem relativo antea subiunxit tempus praesens idem fere valens) et 581 C *δεῖται* (homo) *περιπτοτέρας σοφίας, δι' ἣς ἔχαστος ἡμῶν .. ἔαντὸν ἐπιγνώσεται* („perspiciat“, i. e. perspicere potest). Coniunctivum saepius a posteris, ex Latinorum fortasse imitatione, adhibitum (cf. Reinhold p. 108) in tribus enuntiatis repperi, quae cum subiuncta sint verbis *ἔχειν* et *ἀπορεῖν* similia videntur dubitativis, quamquam illud uno loco caret negatione, hoc significat „carere“: ps. 269 B [cf. Isoer. 4, 44 *ἔκατέρους ἔχειν, ἐφ' οἷς φιλοτιμηθῶσιν*], ep. 965 A, 1005 C; certe dubitativus potest intellegi coniunctivus Eun. 520 A (post *οὐκ ἔχειν ὅπως*). Optativum in ep. „Ἀνδρονίκῳ ἥγεμόνι“ missa usurpatum: 524 A *μηδὲ γὰρ ἔστω μηδεὶς, ὃς .. τὴν τιμωρίαν ἔχειγει* non repugnare usui Attico appetet ex iis quae Kr. 54, 14, 4 et Stahl 527 („eine bloß vorgestellte Annahme“) afferunt.

Consilium a Bas. nusquam declaratur indicativo futuri nisi uno loco, ubi relativum pro demonstrativo positum videtur: ep. 481 C *οἱ [sc. episcopi, quos quam plurimos in Asiam ad concilium transire iubet] καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ γραφεῖσαν .. πάστιν ἀνανεώσονται καὶ τὴν αἵρεσιν ἐκκηρύξωσι καὶ ταῦς ἐκκλησίας τὰ εἰδητικὰ διακλέξονται.* Coniunctivum autem, qui illic, nusquam alibi in simili sententia, in ed. Maur. legitur, eo minus ferendum duco, quod tres mss. exhibent futurum *ἐκκηρύξονται* pariter Byzantina aetate pronuntiatum; praepostere Maranus propter scripturam „trium vetustissimorum codd.“ *ἐκκηρύξωσι* duo illa futura coniunctivo commutanda censem.

Condicionales sententias memorabo eas, in quibus *ἄν* insolenter non est positum aut non cum proprio modo coniunctum. a) Coniunctivo *ἄν* sescenties recte est additum, perraro deest: hex. 20 C, ep. 581 A, 925 A, 985 A (sicut ap. Hom. et tragicos, saepius ap. posteros, semel etiam ap. Philostr.); epistulam XLII., ubi bis omittitur (352 B et C), non Basili, sed Nili esse probable est. Loco particulae *ἄν* e vulgaris sermonis consuetudine bis relativo iungitur *ἐάν*¹⁾: ps. 381 B et ep. 440 B. b) Optativus c. *ἄν* ponitur loco coniunctivi his locis ad tempus futurum pertinentibus: sp. s. 164 A *ἀράμενοι τοὺς λέθοντας ἢ ὅτι ἀν τύχοι παραγανέντα .. ἐφ' ἡμᾶς ἕξονταν* (cf. Hegemon. [saec. IV.] acta Archelai 6, 15: *μὴ .. ἀμφότερα, ὡς ἀν τύχοι, ἑρώσης* et Bas. ep. 504 C *καν τύχοι, 656 B ἀν τύχοι*); ep. 413 B *φτερ ἀν ἐθέλοις τρόπῳ* (sq. imperativo), 524 B *ώς ἀν ἐθέλοις, 332 B.* Aliis locis dubitaveris, an potentialis sit optativus intellegendus (cf. Stahl 528, 3 et Kh. II 431, 7): ps. 213 B *οὐχ ὅτι ἀν εἴποις* (quidquid memorari potest), Eun. 561 C *ὅσαπερ ἀν εἴποις*, ep. 1000 C *Ἔντινα ἀν εἴποις*, adul. 565 B et ep. 636 C *οὐχ ὅτι ἀν εἴποι τις*, ep. 929 A *ὅσα ἀν ποιήσειαν ἀνθεωποι* (facere possunt), ep. 413 A *αἱ δὲ ἀν ὑπὲρ ἔαντων εἴποιεν.* Cum his locis conferas quos Reik p. 147 et Schm. IV 90 afferunt: Philo de act. m. 5 *ὅποτέρως δὲ ἄν ἔχοι* (sq. perf.), Philostr. J. 381, 2 *ὅτι ἀν εἴποις* (sq. imperat.). Frequenter omnino lapsos esse posteriores optativum in talibus sententiis pro coniunctivo imperat.).

1) *Ἐάν*, quod plenius sonaret, particulam *εἰ* minus validam paulatim summovisse huiusque modis iunctum esse supra (p. 57 et 60) diximus. Ut eadem de causa *ἐάν* in locum adverbii modalis *ἄν* succederet et relativo coniunctivoque iungeretur, eo facilius fieri potuit, quod *ὅς* *ἄν* idem declarabat atque *ἐάν τις*. Invenitur autem *ὅς* *ἐάν* in papyris inde a saec. III., innumerabilibus locis ap. LXX, plus sexaginta in NT, duodetriginta minimum in apocryphis libb. saepeque ap. alias posteriores, sed nunquam ap. atticistas superiores. Cf. Iann. 1774, qui a Pol. quoque interdum illud usurpatum esse vult atque etiam ex Atticorum libris aliquot locos profert (ut Xen. Mem. 3, 10, 12 φ *ἐάντας ἀρμότην*) et Deissmann, Neue Bibelstudien, 1897, p. 30 sqq. (p. 31: „überaus häufig in Ägypten gebraucht“; p. 33: „die geradezu klassische Zeit für sein Vorkommen ist das 1. u. 2. Jahrh. n. Chr., später scheint es seltener zu werden“).

usurpantes¹⁾ appetit ex iis, quae memorant E. Schwartz in ind. ad Eus. s. v. optat., Fritsch de Heliod. p. 6, Fritz de Syne. p. 122, Reffel de Agathia p. 24, Hartmann de Procop. p. 18 sqq., Usen. de Jo. v. Tych. p. 54. Simplici optativo Bas. utitur semel ad temp. praes. pertinente: ep. 1072 A περὶ ὅν ἐθελήσειν (ex modi assimilatione), nunquam post praeteritum, neque unquam obliquo aut iterativo²⁾. c) Indicativo iunctum ἀν legitur in ed. Maur. α) praesentis: Eun. 633 A ἡντερ ἀν ἔχει, ubi, cum nusquam alibi a Bas. ἀν aut ἐάν ponatur c. ind. praes. (cf. p. 46 et 57), aut coniunctivum ἔχη pariter sonantem aut pro ἀν scribendum puto οὖν („wirklich, sicherlich, jedenfalls“), quam particulam saepius addidit voci οὐτερ (velut Eun. 501 A, ep. 221 B, 641 B, 733 B, al.); et ep. 1064 D, ubi e tribus codd. coniunctivum recipiendum existimo; β) futuri semel: ep. 1041 A; sed cum nusquam ἐάν, ὅταν, sim. cum ind. fut. a Bas. coniungi (cf. p. 57 et 60), pauca autem particulae ἀν huic adiectae exempla (cf. p. 46) aliter se habere videam, insuper pro περὶ ὅν ἀν.. ἀνακοινώσεται in cod. Monac. 497 legerim ἀνακοινωνῆται, aut ἀνακοινωνῆται scribere malim aut ἀνακοινώσηται. γ) aoristi semel: ep. 628 D εὑχομαι.. τὸ ἄγος.. ἐν οἷς ἀν ἐτολμήθη τόποις ἐναπομεῖται, quem locum non est opus emendare, cum non solum alii multi posteriorum (Philo [Reik p. 146], Ios. [G. Schmidt p. 413], NT. [Bl. p. 212], Luc. Dem. 10 et dial. mort. 9, Callin. 120, 29; al.) huiusmodi structura usi sint, sed etiam Bas. semel post ἤντας ἀν (v. supra p. 60).

D. De nominibus verbalibus.

I. De infinitivo.

Post Atticam aetatem infinitivum in sermone cotidiano magis magisque rarum factum esse aliasque structuras in eius locum successisse supra p. 54 sq. diximus. Haec infinitivi tabes, si discesseris a paucis locis ὅτι post verba putandi et φημί (p. 49), ἵνα post εὕχεσθαι et δεῖσθαι (p. 55), participium illius loco (p. 66) exhibentibus, adeo non cernitur ap. Bas., ut etiam dilatatus videatur usus antiquus. Variorum autem eius generum exempla satis habeo afferre insigniora.

1) Contrariam in partem tum erraverunt — elegantiae plerique studio ducti — atque cum e vulgari consuetudine loco optativi potentialis posuerunt c. ἀν: v. supra p. 46.

2) Comprehendamus hic breviter, quae de de **optativi** ap. Bas. usu pluribus locis explicavimus. In enuntiatis liberis et frequenter eo utitur B. et semper fere recte: simplici ad optatum declarandum, cum ἀν coniuncto ad ea quae certis condicionibus sunt vel fiunt significanda; paucis tantum locis ἀν omittitur. Longius recedit a norma Attica usus eius in enuntiatis subiunctis. Ac potentialis quidem optativus saepenumero recteque adhibetur: in enunt. declarat., interrog., causal., consec., relat. Sed obliquus ille optativus post praeterita tempora raro usurpat, et quidem loco indicativi: in enunt. decl. sexies, in interrog. semel, nusquam alibi, loco coniunctivi: in enunt. fin. sexies post ἵνα, semel post ὅπως, in condic. interdum post εἰ pro ἀν positum, nunquam in enunt. tempor. aut relativ. Neque iterativus opt. post praeterita plus duobus locis (post ὅποτε) reperitur. At contra Atticum usum post praesens vel futurum tempus optativo iungitur: in enunt. declar. ὅτι bis, fin. ἵνα quinques, ὅπως bis, ὅπως ἀν ter, ὥστε ἀν quinques (post praeteritum octies), condic. ἀν (sive ἀν) sexies, concess. καὶ τε, temporal. μέχρι semel, ὅταν ter, relat. ὥστε consecutivum semel, ὥστε ἀν condicione locis minimum quattuor. Omnim autem coniunctionum una saepissime cum optativo construitur εἰ, neque id solum cum in apodosi ponitur ἀν c. opt., sed etiam multo saepius cum in apod. est indicativus (locis circiter centum triginta) vel imperat. (octies) aut coni. adhort. (bis). Quod ad tempus attinet, saepius quam praesentis optativus aoristi adhibetur. Opt. futuri sex omnino locis legitur, horumque nullo verba alterius post tempus praeteritum referuntur: semel in illa ad adul. or. post ὅπως finale subiunctum tempori praesenti, quater in hom. „mundanis rebus adhaerendum non esse“ (ter post εἰ, semel post καὶ τε concessivum), semel in ep. (quae inscribitur: Τοῖς Καιοφεῦσιν, ἀλολογίᾳ) in libero enuntiato cum ἀν coniunctus (v. supra p. 46). De miro hoc opt. fut., quem Basilio atticismum visum esse ex universo illorum ubi legitur librorum genere dicendi (v. infra p. 69) colligas, cf. Guil. Schmidt, de Ios. eloc. p. 414, Usener ad Sophronii de praesent. Dom. sermonem p. 5 et ad Io. vit. Tychonis p. 53 sq. („auch hier [sc. in enunt. condic., sicut potentialis modi loco et in enunt. final.] tritt der unheimliche Opt. Fut. auf“), Iann. 1767 (ὥστε ἀν), 1936, 1953 b (enunt. final. et relat.), append. V 14 b (mod. potent.) et 15 b (mod. optat.).

Infinitivus **absolutus** idemque **limitatus**, quem, cum mature e vulgari sermone excidisset¹⁾, pro atticismo habitum esse Moeris p. 331 et Greg. Cor. p. 73 testantur, haud raro ap. Bas. legitur: ὡς εἰπεῖν²⁾ (Eun. 572 A, sp. s. 176 A, ep. 428 A), ὡς δὲ λύγα ἀπὸ πολλῶν εἰπεῖν (hex. 17 A), ὡς ὁ ἀ. π. παραθέσθαι (sp. s. 109 C), ὡς ἐλάχιστα εἰπεῖν ἀπὸ πλείστων (hex. 112 C), ὡς ἀθρόως εἰπεῖν (adul. 581 C), ὡς μικρὰ μεγάλους εἰκάσαι (hex. 92 D), ὡς ἐν δλίγῳ παραστῆσαι (ep. 325 A). — ὡστε οὗτοσι δόξαι (ps. 265 A; cf. Kh. II 508: „nur vereinzelt durch ὡστε eingeleitet“). — συλληφθῆνε εἰπεῖν (hom. 181 C), καθόλον εἰπεῖν (hom. 540 A), ἀληθέστερον εἰπεῖν (ep. 424 A, sp. s. 96 C [ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθέστερον]), ψαλμικῶς εἰπεῖν (sp. s. 72 A), σὺν αὐτῷ γε εἰπεῖν τῷ.. Θεῷ („id est adiuuante deo“: ep. 272 C)³⁾, σὺν αὐτῷ γε φάνται τῷ ἄγρῳ Πνεύματι (sp. s. 72 B), συνελόντι φῆσαι (hom. 408 B), ἐμοὶ δοκεῖν (hex. 117 A, 176 B; ps. 213 B [a. l. ἐμοὶ δοκεῖ]; adul. 577 B; ep. 464 B, 681 B), μικροῦ δεῖν (sp. s. 208 C; cf. Pausan.: δλίγον δέον), τοσούτον δεῖν (adul. 572 C et 576 D; cf. Dem. 23, 7 πολλοῦ δεῖν = durchaus nicht), τό γε νῦν εἶναι (adul. 588 B; sed 572 C ἐν τῷ τότε εἶναι).

Imperativi loco infinitivus adhibetur sicut interdum ab antiquis (Kh. II 19 sqq.): ep. 1012 B, hom. 236 B, 257 D, isque alteram personam significans, postremo loco e NTo. Ro. 12, 15 sumptus (χλαίειν μετὰ οἰκείωντων). Ep. 229 C infinitivum (*προεξετάσαντα.. δημοσιεύειν τὸν λόγον*) antecessit adiectivum verbale — τέος similiter atque Plat. Crit. 51c [cf. Kh. I 448: „zuweilen geht die Konstruktion der Verbaladjektive in den Inf. über“]. Moeris p. 223 illum infinitivum Atticorum proprium indicavit, quamquam non solum atticistae (posteriore aetate Heliod. et Syn.), sed etiam Ios., App., NTi. scriptores aliquique eo usi sunt. Ad idem genus infinitivi videtur pertinere ep. 249 D ἐπὶ τυνος [*λέγεται*]. οἷον φέρε εἰπεῖν ἐπὶ Πανύλον („verbi gratia“), quam locutionem ab Attico sermone alienam esse dicit Schm. I 39 duos e D. Chrys. locos afferens (cf. praeterea Soph. lex s. v. φέρω). — Item absolute ponitur inf. **exclamativus** hom. 444 A *Αἱ με μὴ ἀπορρίψαι τὸ βαρὺ τούτο φορτίον τῆς ἀμαρτίας*⁴⁾, Eun. 508 B praeposito, ut plerumque ap. Atticos (Kh. II 23), articulo (post ὡς τῆς ἀλαζονείας).

Ex **adiectivis** apti infinitivi, qui idem valent ac Latinum supinum in u. desinens⁵⁾: ἀηδῆς ὁρθῆναι (hom. 305 C), βαρὺ τοῦτο ἀκοῦσαι *Xριστιανοῖς* (hom. 437 C), βέατον.. ἐλπίσαι τὰ μὴ ἐνδεχόμενα καὶ ἔγχειρῆσαι τοῖς ἀδυνάτοις (ep. 593 C), βραχὺ τὸ ἀκοῦσαι (ps. 265 A), γεραρὸς ἰδεῖν (ep. 389 B), δεινὰ κρύψαι (hom. 541 A), καλὸν ἰδεῖν (hom. 373 D, 513 B), δέξνεις (*κινηθῆναι* hex. 120 B, ἀπιδέσθαι τὸ ἀτοπον Eun. 516 C), παράδοξον (εἰπεῖν sp. s. 181 C, ἀκοῦσαι 201 B), σπάνιον ἰδεῖν (ep. 933 A), φρεστὰ καὶ ἀκονθῆναι ὀνόματα (ps. 280 B). Hunc infinitivum, cuius ex Ael. exempla affert Schm. III 80, e Ps.-Long. Troeger p. 33, ex Heliod. Fritsch II 7, e NTo. unum (Hebr. 5, 11) Bl. p. 233 („sonst NT. nicht üblich“), quomodo explanaverit sermo vulgaris, cognoscas e NT. Iac. 1, 19 ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι et Luc. 24, 25 βραδεῖς τοῦ πιστεύειν.

Verbis subiunxit Bas. infinitivum plerumque congruenter consuetudini Atticae, cum multi posteri-

1) Nusquam legitur ap. Teletem, in NTo. uno loco epistulae attico colore tinctae: Hebr. 7, 9 ὡς ἔπος εἰπεῖν. Frequentatus autem est a sophistis (Schm. II 56, III 79, IV 81) atque etiam a κοινῆς scriptoribus aliquot elegantioribus sive semiatticistis (ut Plut.). E Synesio eius exempla affert Fritz p. 105, ex Heliod. Fritsch II 8. Hodie quoque in libris et ephemeridibus saepenumero leguntur infinitivi εἰπεῖν et δεῖν, ille additus vocabulis ἀκριβέστερον, ἀληθῶς, δρθότερον, οὕτως, καθόλον, ἐν κεραίᾳ, συνελόντι, ἐν οντόμῳ similibusque, hic adiectivis μικροῦ et δλίγον.

2) Idem („ut ita dicam“) declarat haec parenthesis atque verba ὡς ἀνεξοι τις orationi interposita ep. 257 B, 397 A.

3) Conferas has Aristidis locutiones a Schm. II 56 positas: οὐν θεοῖς εἰρήσθαι, σ. θ. εἰπεῖν. E Methodio A. Jahn II p. 116 affert parenthesis οὐν τῷ θεῷ φάραι commemorans simul Platonis illud (Prot. 317 B) οὐν θεῷ εἰπεῖν. Idem in animadvv. in Bas. opp. p. 157 cum Basilianis verbis (Eun. 616 C) οὐν θεῷ δὲ εἰρήσθω, quam dictiōnē Platonī haud infrequentem esse ait, contendit Theodore de prov. p. 129 οὐν θεῷ φάραι.

4) Sic mutandam duco scripturam editionis Maurinae αἱ με, μὴ κτλ. Nam αἱ significat „utinam“, non „vae“.

5) Cf. Stahl 602, 2: „er bezeichnet die Hinsicht, nach der hin die Eigenschaft sich bemerklich macht“ et Kh. II 14: „in der Poesie in ungleich ausgedehnterem Maße als in der Prosa.“

orum tam saepe perperam illo usi sint, ut id quoque indicio sit infinitivum sensim evanuisse (cf. Iann. Append. VI 17; 2117—21; 2138). Loco participii etiam Bas. nonnumquam infinitivum posuit post verba sentiendi: *αἰσθάνομαι* ep. 996 A, (ἐπι) γινάσκω sp. s. 133 B (passivum personale), (*κατα*)μανθάνω ps. 265 A, οἴδα ep. 648 A (εὐ δὲ ἴσθι, sed 916 B αἰτήσας αὐτὸν οἴδα βιβλίον)¹⁾; et declarandi: δέκχομαι Eun. 576 A (sed ib. B partic.), 661 B, 633 A, sp. s. 197 C; διδάσκω ep. 656 C; praeterea post λανθάνω ep. 697 A (sed partic. e. gr. hom. 176 C). — Accusativi c. inf. pro nominativo c. inf. aut huius pro illo positi, quod etiam atticistis (ut Ael. et Philostr.) plus semel accidisse videmus (cf. Schm. III 81 et IV 83), ap. Bas. nullum repperi exemplum certum; ep. 1068 C αὐτὸν („se“) post ἡξίσεν deest in cod. Vatic. — In enuntiatis subiunctis orationis obliquae infinitivus ter adhibetur more Atticorum (Kh. II 550) et atticistarum (in primis Philostrati: Schm. IV 83): hex. 76 A post ἀπερ, hom. 505 C post οὗς, ep. 568 A post ἐπει.

Cum articulo iuncti²⁾ persaepe infinitivi casus obliquos persequamur.

a) Genetivus infinitivi crebro locum substantivi tenet a substantivo (e. c. afferatur δύναμις ps. 309 A, 449 B, ep. 980 B, al.; καὶ ϕός sp. s. 209 C; λόγος sp. s. 137 B; πλάνη hex. 9 B; φωνή Eun. 581 C [τοῦ γεννᾶν, cf. 588 B ἡ φ. τοῦ γεννήματος], ps. 237 C), adiectivo (ut ep. 591 B ἄξιον ὅντα τοῦ πιστεύσθαι, sed 877 D ἐπισημάνασθαι ἄξιον), verbo (ut Eun. 524 B τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ, ep. 276 C οὐδὲ πολὺ ἀποδεῖ τοῦ νῆσος εἶναι). Vulgaris sermonis licentiam non solum verborum antiquitus genetivo iunctorum, sed etiam aliorum multorum notionem genetivo infinitivi complendi atque ita coniunctionem ἵνα infinitivi vice saepissime fungentem (cf. supra p. 54 sq.) variandi [Pol.: σπεύδω τοῦ; LXX: δύναμαι, NT.: παρακαλῶ (oro), συντίθεμαι, ἐνθέθη, ἐγένετο τοῦ; acta Andreeae 32, 11 ἐπιτηδεύω, acta Xanthippae 59, 26 οἴδα τοῦ; Romanos: στέργω τοῦ; cf. Viteau § 274, Iann. 2077, Soph. lex. p. 45 sq.] nusquam sibi sumpsit Bas. nisi forte ep. 700 A: ἐκεῖνο σπουδασάτω ἡ σὴ σύνεσις, τοῦ ποιῆσαι κτλ., cuius loci supra p. 15 aliam habes explicationem, et ps. 229 B, ubi non sine causa Garnerius scripsit προσέταξε μὴ αὐλασθῆναι secundum duos eodd. articulum τοῦ omittens. — Enuntiati finalis loco, ut idem valeat atque „damit“, τοῦ c. inf. quinques ponitur: sp. s. 124 A (τ. μῆ), 129 C (τ. μηκέτι); ep. 304 C (τοῦ . . καὶ τοῦ . . καὶ ὥστε), 725 B, 861 A; praeterea duobus locis e NTo. (Phil. 3, 10 et I Cor. 10, 13)³⁾ sumptis: hom. 529 C et ep. 945 A. Ps. 420 D, ubi consilium certe non declaratur, ante τοῦ post vocem καρδία praepositionem διὰ a librario omissam esse suspicor (cf. ib. B διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος et 457 C διὰ τοῦ πράσσειν), aut epexegesi Bas. putandus est usus esse simili eis, quas Viteau § 276 e NTo. et 277 e LXX protulit. Sicut Attici et atticistae⁴⁾ Bas. multo saepius quam simplici genetivo finali utitur praepositione ὑπέρ: hex. 65 C, 157 D; ps. 288 C, 301 B, 444 A; hom. 392 A; ep. 260 C, [372 D ἐν προσενχαῖς ν. τ.], 432 B, 433 A, 497 A, 580 C, 780 C, 813 A, 857 A, 944 C (βοῶντας πρὸς αὐτὸν [deum] ν. τ.), 1024 B. Ἐνεκα τοῦ significat bis consilium: sp. s. 68 A et ep. 521 B, ter „was anlangt“ (cf. Kh. I 462): ep. 276 C („insofern“, „da“), 613 C, 705 A. De σχοπῷ τοῦ v. supra

1) Cf. Stahl 620, 1 („εἰδέραι = überzeugt sein“) et 619, 1. Ex Aeliano Schm. III 80 profert οἴδα et πινθάνομαι c. inf. iuncta. Hodie post talia verba aut rá c. coni. aut πῶς (sive ὅτι) c. ind. ponitur.

2) Unum hoc genus infinitivi praeter absolutas illas formulas (ut οὕτος εἰπεῖν) nostra aetate retinet sermo librorum. Ceterum hic quoque saepius illius loco ponit (τό, τοῦ κτλ.) rá c. coni.

3) Ad usum genetivi et infinitivi in libris V. et N.Ti. latissime patentem multum videtur contulisse creberrima apud Hebraeos praepositionis ἷ cum inf. structura.

4) Birklein, Entwicklungsgeschichte des substantivierten Infinitivs (1888) p. 103: „Der bloße Inf. mit τοῦ in finalem Sinne dominiert nur bei Thuc. gegenüber den Praepositionalverbindungen . . . Bei den Philosophen ist es ἔρεζα τοῦ, bei den Rednern ἐπέρ τοῦ mit Inf., das überwiegend zum Ausdruck des Zweckes Verwendung findet.“ Schm. IV 609 de simplici gen. inf.: „von Dio Chr. u. Aristid. fast ganz, von Luc., Ael. u. Philostr. ganz vermieden“, II 40: „der Vulgärsprache zu geläufig, um als Atticismus zu wirken“. Rare invenitur ap. Ios., nusquam ap. auct. π. ὑψ., saepe ap. Arr. et App.

p. 22. Praeterea iunguntur genitivo inf.: *ἄνεσ* Eun. 576 D (praeterquam quod); *ἀντι* ps. 233 B, 256 C, 304 A, hom. 445 B, 461 B, sp. 85 B; *ἀπό* ps. 284 A et 297 C (utroque loco pendens a verbo *μεταβάλλω*); *διά* ps. 457 C (infolge davon daß); *ἐξ* (infolge davon, dadurch daß, indem) hex. 121 B, ps. 340 A, 361 D, 413 C, 425 D, 450 C, Eun. 581 B, sp. s. 112 C, ep. 432 C, 461 B, 880 A, 897 B, 944 B, 985 B, 1028 B, 1085 A; *ἐκτός* (abgesehen davon daß) ep. 740 C, 228 B; *μέχρι* ps. 473 A, ep. 728 A; *περί* ps. 296 C, Eun. 628 B, hom. 185 A, adul. 584 A, ep. 672 B, 876 B; *πλήν* ep. 412 B; *πρό* (bevor) hex. 60 B, ps. 287 A, Eun. 585 C, hom. 476 B, ep. 728 B, 849 B; *ὑπό* (infolge davon daß) hom. 176 C, 373 D, ep. 444 A (cf. supra p. 20 sq. et Schm. IV 467 sq.).

b) Dativus inf. simplex, qui semel tantum in NTo. (II Cor. 2, 12) legitur, perraro etiam ap. atticistam Ael. (Thouvenin, Untersuchungen über den Modusgebrauch bei Ael., Philologus 1895, p. 600), crebro usurpatur a Bas. Ut omittam eos locos, ubi dativus instrumentum significat („dadurch daß“), memorabo eos, qui vertendi sunt coniunctionibus „weil“ sive „infolge davon daß“: hex. 25 C (ib. postea *διὰ τὸ* c. inf.), 140 A, ps. 256 A, 293 C, 360 D, 364 A, 365 C, 377 A, Eun. 636 B, 656 A, 668 C, hom. 533 A, 608 B, adul. 585 B, sp. s. 81 C, 88 C, 89 A, 97 B, 145 A, 156 B, 161 C, ep. 445 B, 489 B, 589 C, 621 A, 656 B, 669 A, 705 A, 864 A, 904 B, 917 B, 993 B, 1008 C, 1012 C, 1065 C. Semel, ps. 212 B, *τῷ δοκεῖν* („specie“) opponitur voci *τῇ ἀληθείᾳ* (cf. Plat. Conv. 8, 43). — Praepositiones dativo a Bas. adduntur *ἐν*, *ἐπι*, *πρός*. *Ἐν τῷ* quam usitatum fuerit recentiore aetate, vel inde apparet, quod in NTo. legitur locis circiter quadraginta (Viteau 281), in actis apostolorum apocr. a Bonnetio editis locis viginti sex¹⁾. E Basilio afferam eos locos, ubi illud significat „dadurch, daß“ (cf. p. 19 sq.): ps. 256 D, 293 A, 305 A, 432 B, Eun. 509 B, 549 C, ep. 480 B, 609 C, 661 A, 884 C, 957 C; *ἐν τῷ λέγειν* sive *εἰπεῖν* („cum dicit“: sicut NT. Hebr. 8, 13 *ἐν τῷ λέγειν* „κανήν“ πεπαλαιώκεν *τὴν πρώτην*, ubi Vulg. „dicendo“: ps. 384 A, Eun. 528 A, sp. s. 89 A, 96 C²⁾). *Ἐπὶ τῷ* („damit“): ps. 385 C, ep. 653 A, 961 C. *Πρὸς τῷ* („außerdem daß“): hex. 20 C, 21 C³⁾, 96 C, ps. 233 C, Eun. 517 A, 544 C, sp. s. 177 A, ep. 977 B.

c) Accusativus infinitivi cum negatione ad consuetudinem Atticam (cf. Kh. II 44 et 217; Viteau 272) locutionem negativam sequitur: adul. 580 A *διέφυγον τὸ μὴ καταγέλαστον εἶναι*, 580 D *οὐδεμία παρατητικὸς τὸ μὴ οὐχὶ πολλαπλασίω τὴν κόλασιν ὑποσχεῖν*, hom. 333 A *τίνα ἀν εἴποιμεν εὐπρεπῆ λόγον* (Grund) *τὸ μὴ οὐχὶ τελ.* (cf. Dem. 24, 69). Praepositionibus ille casus infinitivi hocce modo iungitur. *Αἱ τὸ*, usitatissima antiquitus structura, pro enuntiato causali ponitur hex. viginti locis, ps. triginta, Eun. quinque, sp. s. quattuor, ep. plus triginta quinque. *Εἰς τό* cum ab Atticis tum a posterioribus⁴⁾ cum verbis (ep. 649 A *χειρίζειν*, C *προετράπην*, 661 B *κέχρησο.. ἀφορμὴν λαβεῖν*, 981 B *κινήσαι*, ps. 453 A *παρέδωκε*) aut nominibus (ps. 388 A *διδασκαλία*, 401 D *ἀνάγκῃ*). *Ἐπὶ τό* = „damit“: ps. 320 A, 377 B, 404 A (post *ἀποστελλομένους*, a. l. *ἐπὶ τῷ*). *Μετὰ τό* „postquam“: hex. 61 C, 93 D, ps. 236 B, 285 A, 304 C, 321 A, 429 B, Eun. 669 A, hom. 301 A, 544 D, ep. 804 B. *Παρὰ τό* „propterea quod“: ps. 368 B, Eun. 617 A, sp. s. 165 A, ep. 265 A. *Περὶ τό*: ep. 664 B *ἡ π. τὸ ἀποκρίνεσθαι μέριμνα* (a. l. *π. τοῦ*).

1) Iann. 2075 b: „in postclassical — Byzantine Greek the prepositional usage .. takes also the place of the now retreating circumstantial participle, as: ... *ἐν τῷ λέγειν* = *λέγων*.“

2) Errat igitur Garnerius (tom. III., praef. p. 150 sq.), cum duorum de baptismo librorum non esse Basilium auctorem cum ex aliis rebus cognosci affirmat tum inde, quod illie persaepe, alibi non plus quam semel (regul. 207 [t. III, 1220 C]) legatur *ἐν τῷ εἰπεῖν*, additque omnino similes infinitivos (ut *ἐν τῷ ὁνοθῆναι* bapt. p. 625 et *τῷ εἰπεῖν* ib. p. 626) Basilium „aut nunquam aut rarissime“ adhibuisse.

3) Sic enim his duobus locis scribendum, non cum Garnero *πρὸς τό*, delendaque virgula priore loco post illas voculas posita.

4) De NTi. scriptoribus et finalis (sive consecutivi) enuntiati et simplicis infinitivi loco (quemadmodum *ἴα* c. coni. et *τοῦ* c. inf.) illud adhibentibus cf. Btm. § 140, 10. Paulum circiter quinquagies eo usum esse dicit Viteau 273.

Πρὸς τό ap. Bas. modo aptum est e substantivo (*δύναμις* ps. 432 C, *σπουδή* ep. 673 B), adiectivo (*αὐτάρκης* ps. 437 B), verbo (*ἐμποδίζειν* ps. 256 C, *δεῖσθαι* [egere] ps. 456 B et sp. s. 101 A), modo liberius adnectit infinitivum enuntiati locum tenentem, ut significet aut „in Rücksicht darauf daß“: adul. 577 C; aut idem quod *ώστε*: hex. 12 B (post *μηχανήν*), 28 B, 128 B, 160 A, ps. 348 B (*π. τ. μή*), 481 C, ep. 420 B, 596 A, 620 A, [625 C fortasse i. q. „hinsichtlich“], 644 A, 941 B, 996 A, B; aut „eo consilio ut“: hom. 540 A, ps. 229 B, 412 A, ep. 644 A, 985 C. De hex. 20 C et 21 C (*πρὸς τῷ*) v. supra.

II. De participio.

Nominativus participii **absolutus**, qui etsi vulgaris sermonis proprius erat¹⁾, tamen a sophistis nonnullis (imprimis Philostr.: Schm. IV 114), quod mirere, tanquam atticismus frequentabatur, a Bas. prorsus vitatur (item a Syn.: Fritz p. 109). Genetivus absolutus quam saepe in vulgari sermone pro parte coniuncto positus sit, cognoscas e quinquaginta duobus locis a Bonnetio ex act. app. apoer. allatis²⁾; a Bas. autem pariter atque a Syn. (Fritz p. 109) semper ille suo loco adhibetur unique loco specie contrario hex. 32 B, ubi — si quidem vera est haec lectio — dativum *αὐτοῖς* genetivus *κατεχόντων* sequitur, similes ex antiquis proferri possunt (cf. Kh. II 111). Dativum absolutum respondentem Latino ablativo, qualis legitur ap. Philostr. Ap. 110, 26 *καθάπερ τοῖς πηγαῖς ἀναδίδομένοις*, saepius ap. Plut. (velut. Mor. 169 D *τούτοις ποιουμένοις* [Cam. 39, 2 ἄκοντι τῷ δῆμῳ]) aliosque (Schm. IV 610), ap. Bas. non invenias, nisi huc pertinere censeas ep. 464 B *ώς ἀν μὴ ἀνθρώπῳ παρανοῦντι διὰ τὸν χρόνον* (i. e. senectutem) *κινδυνεύοι τι τῶν κοινῶν*, qui tamen dativus intellegi potest dativus auctoris pendens a verbo idem valente atque *εἰς κίνδυνον καθιστᾶτο* (cf. Kh. I 423, ubi Sophoclis verba ponuntur: *Θεοῖς τέθηκεν*). Accusativus absol. adhibetur verborum impersonalium Attico, postea rarescente³⁾: *δέον* (ps. 461 B, hom. 429 B, ep. 1028 A, alibi), *ἔξον* (ep. 861 A), *τυχόν* („fortasse“: ps. 260 C, Eun. 516 B, hom. 548 A, sp. s. 117 D, ep. 676 C; (hodie saepe in libris *ἄν τυχόν* = wenn etwa), *μέλον* (ep. 445 B *οὐ μ. αὐτοῖς*, quo loco confirmatur ea lectio, quae adul. 576 B in aliquot mss. exstat: *οὐ μέλον αὐτῷ*)⁴⁾, *ώς οὐκ ἐνδεχόμενον* („quod fieri non possit“: ep. 340 A). Antiquum illum usum participio appositive *τὸ λεγόμενον* (quod ap. Bas. quoque reperitur, e. gr. hom. 316 C) idem significandi atque verbis *ώσπερ λέγεται* (cf. Kh. I 285 et 311) sive *ώς εἰπεῖν* dilatavit Bas. cum dixit: *τὸ δὲ νῦν ἔχον* („in praesentia“: ep. 245 A, 512 C, 621 C)⁵⁾, *τό (γε) εἰς αὐτὸν (αὐτοῖς, ἐμέ) ἔχον* („quantum in ipso est“: Eun. 572 B, 597 A, sp. s. 196 C, ep. 737 B, 848 A; similiter Philostr.: Schm. IV 178), *τὸ τοῖς πολλοῖς συμβαῖνον* („ut plerique solent“: ep. 309 B). Temere Garnerius hex. 41 B *σκηνήν τινα.. περιστήσαντα καὶ .. ἑαυτὸν καθειργνύντα* absolutos accusativos esse suspicatur; pendere enim existimandi sunt aut a verbo *ὑπόθουν* e Reg. sexto recipiendo, aut, si molestior videatur hic imperativus in sequente enuntiato iterum positus, a praegresso imperativo *νόησον*, quem priore loco interpreteris „erkenne, begreife“, hoc „stelle dir vor“.

1) Cf. Bonnetii indicem s. v. nom. abs. et Compern. p. 17. Notatus etiam XIV. saec. a Io. Glyca (ed. A. Jahn) 35, 17 nomine soloecismi ille in cotidiano sermone ad hanc aetatem mansit (v. Mullach 327).

2) Cf. praeterea de NTo. Bl. p. 256, de Ios. G. Schmidt p. 435, de Philostr. Schm. IV 80, de Heliod. Fritsch II 10, de Leontio Gelzerii ind. s. v. gen. abs.

3) Schm. III 78: „die *Kouῆ* brancht dafür den Gen. absolut.“ In NTo. unus reperitur: *τυχόν* (I Cor. 16, 6). Atticistae eum frequentant (Schm. IV 618), etiam Heliod. (Fritsch II 9) et Syn. (Fritz 109 sq.).

4) Absurdum est quod legitur in ed. Maur.: *οὐ μέλον αὐτῷ*, cum *μέλω* (sive potius *μέλομαι*) significans „euro“ necessario iungatur genetivo, dativo autem iunctum significet „curae sum“.

5) Item ap. Ael. et Syn.; cf. etiam *Nέα Ἡμ. 13 Φεβρ. 1910*: *ἴσαν δὲν ἐμελέτα τό γε νῦν ἔχον τὰ μεταβάλλη τὸ πτλ.* Atticam locutionem cognoscas e verbis Moeridis p. 331: *τήμερον εἴρατι, Ἀπτικῶς . . . τὸ σήμερον ἔχον, Ἐλληνικῶς* et ipsius Basillii in illa ad adul. or. 588 B *τό γε νῦν εἴρατι*.

Participium **cum auxiliari verbo εἰναι** loco simplicis verbi finiti ponere cum ap. posteros, in primis NTi. scriptores¹⁾, multo esset usitatus quam ap. Atticos, Bas. modum olim adhibitum retinuit. Participii praesentis haec exempla afferantur: hex. 17 B (*προκείμενόν ἐστι τὸ ἔργον*), 32 B, 36 A (*λειπόμενον τούνν* *ἐστὶ νοεῖν ἡμᾶς*), 41 B (*ὕδωρ ἦν ἐπιπολάζον*), ep. 1012 B (*προσῆκον*: sicut Isoer. et Dem.); participii *ἔχον*: Eun. 521 C (*ἄλλ’ οὐκ ἔχον ἐστὶ φύσιν τοῦτο γέ*: item Dem. 2, 26), omisso verbo *ἐστὶ* ep. 624 B, 676 D, 985 B [*τὸ κωλύον*: ep. 284 D *οὐδὲν ἦν τ. z.* sq. inf., 421 C *οὐδὲν τ. z.* sine *ἔστι*, 625 A *τί τ. z.* *ἔσται* sq. inf.; hom. 437 B *τὸ ἐμποδίζον οὐκ ἔσται*]. Aoristi participium olim interdum a poëtis, saepius postea in vulgari sermone [cf. indd. ad Marc. Diae, Callim., Leont.] cum *εἰναι* coniunctum nusquam ap. Bas. reperi, semel cum *γέγονα*: ep. 448 B. — *Oīχεσθαι* participio „*φράσσεως ἔνεκα*“ iungere cum posteris Atticae elegantiae visum sit (cf. Schm. III 78, IV 80, 619), memorabo exempla Basiliana: hex. 99 A (*ἀπάγονσα*), 168 B (*ἀπιών*); hom. 248 C (*ἀναρπασθεῖσα*, sc. morte), 473 A (*προσδιαφθείρας*), 513 B (*ἀπαλλαγέν*), 520 A (*λειποτακτήσας*); ep. 273 C (*ἀναρπασθεῖς*), 284 C (*ἀπιών*), 308 B (*δυπτάμενον*), 312 A (*ἀρθεῖς* *ἀφ’ ἡμῶν*, morte), 421 C (*παρασυρεῖσαν*), 448 A (*φεύγοντες*), 513 B (*ἀπαλλαγέν*), 1001 A (*καταλύσας* *λαμπρῶς*, morte). Contrariam vocem *ἥξω* similiter Bas. adhibet ep. 1012 B *τὴν ψυχήν, ὡς ἐκ θειοτέρων ἥχων ἥκεν*: „quod eam ab.. habet“; cf. adul. 565 A *ξυμβούλευσσαν ἥκω*, ep. 600 C *ἥκει .. ἀποτηρώσσων*.

Adiectivorum loco ad significandam aliquam condicionem vel qualitatem ex consuetudine ab Atticis incohata, postea praecipue ab atticistis²⁾ dilatata Basilium saepenumero participium adhibuisse, ex multis eorum locorum intellegas, quos supra p. 25 et 41 sq. concessimus. Adiungere hic libet sp. s. 93 B *ἀπεξενωμένον* (peregrinum) *παντελῶς καὶ ἀσύνηθες* pauloque post *οἰκειότατον καὶ .. τετριμένον* (tritum, sc. vocabulum), 96 A *τὴν ἐξηλλαγμένην* (*ἐσθῆτα, novam*) *ἀεὶ τῆς κουνῆς προτιμῶτες*. **Adverbiorum** vero participialium tanta ap. Bas. est multitudo, ut non solum antiquorum paucitatem, verum etiam atticistis superioribus usitatorum numerum³⁾ exceedat. Leguntur enim adverbia participi 1) praesentis a) activi: *ἀρχούντως* (hex. 121 A, 157 B; Eun. 536 B; hom. 241 D; sp. s. 185 D; ep. 320 B, 681 B), *ἀρμοζόντως* (ps. 312 C, 373 A), *δεόντως* (hom. 552 B *μὴ δ.*, „ungebührlich“), *διαφερόντως* (Eun. 616 A, 652 A; ep. 1000 A), *θαρρούντως* (ep. 460 B, 656 C), *ἴδιαζόντως* (hex. 44 B *καὶ ἔξαιρέτως*, 176 A; Eun. 612 C; ep. 332 A), *καθηκόντως* (ep. 1056 A), *λανθανόντως* (ps. 212 B, hom. 229 A), *ηγόντως* (hom. 208 B), *παρατρεχόντως* (sp. s. 92 B „obiter“), *πρεπόντως* (ps. 292 D; Eun. 536 B, 624 B; ep. 432 C, 992 A), *προσηκόντως* (ps. 228 A, 252 C; Eun. 625 A; hom. 432 A; ep. 993 A), *συμφερόντως* (ep. 317 A); b) medii et passivi: *ἀντικειμένως* (hex. 124 C *τῷ φωτί*), *όμολογονμένως* (ps. 388 B), *προηγούμενως* (hex. 13 B, 41 B; ps. 480 B; Eun. 501 B, 621 D; adul. 568 B; ep. 469 C, 553 C, 616 B, 657 A). 2) perfecti a) activi: *ἐγρηγορότως* (hom. 208 B), *ἐπαναβεβηκότως* (ps. 288 C „in einem höheren Sinne“, a. l. — *τας*), *λεληθότως* (hex. 116 B, 144 A; ps. 388 B, 493 A), *πεποιθότως* (ps. 316 B, hom. 613 B),

1) Cf. Bttm. § 24 sqq., Bl. p. 208. De frequenti ap. atticistas usu v. Schm. I 117, 261, II 99, III 112, IV 157. Ac ne nostra quidem aetate eum exolevisse cognoscas ex his locis ephemeridos Νέα Ἡμ.: 9 Ἰαν. 1910 πολλὰ σημεῖα εἰσὶ δεινώντα στι, 16 Ἰαν. ἡ καθόλα ἡμῶν καιωμένη ἦν τῇ φλογὶ τῆς κατανύξεως, 13 Φεβρ. περὶ τῆς στάσεως, ἦν δέον ἡ Ὁδωματικὴ Κυβέρνησις τὰ τηρήση.

2) Cf. Schm. IV 617 et Greg. Cor., qui § LXXI ait: *Ἄττισόρ ἐστι καὶ τὸ χρῆσθαι ταῖς μετοχαῖς ἄντι ὀνομάτων et exempli causa ex Homero affert πειραμένος „ἄντι τοῦ πιντός“ et ex Aristoph. *τὸν εἰσωθότων „ἄντι τοῦ τὸν ἔθιμων“*.*

3) Schm. I 241, II 54, III 77 (senis denis locis ap. Ael. et Aristid.), IV 80 (ap. Philostr. duodeviginti locis). Plutarchum eis crebro usum esse testatur Weissenb. p. 13 et 22 itemque Heliodorum Fritsch II 8 sq., raro autem Syn. in epp. Fritz p. 109. Ex Origenis comm. in Io. complures locos affert Preuschen in ind., e Methodio A. Jahn (Method. platonizans, adnot. 136). Si recte Schm. IV 620 „die weite Ausdehnung des Gebrauchs der Partizipialadverbien“ in dictionibus vulgaris sermonis propriis numerat, mirandum sane est, quod in NTo. non plus duo adverbia eaque ap. Paulum inveniuntur: *ὑπερβαλλόντως* et *φειδομένως*. Nostrae aetatis sermo cultior haud raro ea usurpat; in ephemeridibus quidem legi adverbia *ἀρχούντως*, *δεόντως*, *ἐνδεχομένως*, *ἐπανειλημένως* („wiederholt“; cf. Plat. Phaedr. 228 a *ἐπαναλαμβάνων ἐκέλευε*), *ἐπειγόντως*, *ἐπιμεμελημένως*, *ἐπισταμένως*, *ἐπομένως* („folglich“), *ἐπενεμένως*, *ἐσφαλμένως*, *ἴδιαζόντως*, *λανθανόντως*, *λεληθότως*, *διμολογούμενως*, *παρεμπιπόντως*, *προηγούμενως*, *ὑπερβαλλόντως*, *ῳρισμένως*.

πεπονθότως (ps. 316 B); b) medii et passivi: ἀπηροθριασμένως (hom. 368 A), ἀπολελυμένως (hex. 89 C „absolute“; Eun. 588 C), ἀρωρισμένως (hex. 32 B), ἀφωσιωμένως (ps. 301 C, ep. 457 A), διαβεβλημένως (ps. 296 C „in tadelndem Sinne“, opp. ἐπαινετῶς ib.), διακεχριμένως (ep. 332 A), διεσπασμένως (sp. s. 176 A), δηρηγμένως (hex. 77 A), ἐνηλλαγμένως (ps. 445 B), ἐπιτεταγμένως (ps. 284 C, hom. 395 C; utroque loco a. l. ἐπιτετενγμένως), ἐρριμμένως (ep. 988 A), ἐστοχασμένως (ps. 489 A, hom. 420 C [τῆς ὑποκειμένης φύσεως]), ἡμελημένως (ep. 984 D), ἡναγκασμένως (hom. 312 B), ἡνωμένως (hom. 521 B, sp. s. 104 B, ep. 557 A), ἡπειγμένως (hex. 108 B; hom. 240 C), κατηναγκασμένως (ps. 412 D, 485 A), κεκριμένως (ps. 489 A, sp. s. 152 C), κεκρυμμένως (ps. 388 A), λελογισμένως (ep. 1033 C), παρατετηρημένως (hex. 133 A), πεπλανημένως (ep. 893 A), περιεσκεμμένως (ep. 297 B), περικεκαλυμμένως (Eun. 636 A), πεφεισμένως (ep. 676 B μὴ π. i. q. ἀφειδῶς paulo ante; 1040 B), πεφυλαγμένως (sp. s. 173 C), συγκεχυμένως (ps. 248 B), συνεξενγμένως (ep. 557 A), συνηριμένως (Eun. 517 A, 656 B; sp. s. 176 A, 196 C; ep. 337 A), συννονσιωμένως (hom. 468 C κατὰ τὴν φύσιν, a. l. συνηριμένως), τεθεωρημένως (hex. 76 B), τεταγμένως (hex. 144 B).

III. De adiectivo verbali.

Adiectivum in *τέος* desinens cum mature e sermone cotidiano excidisset¹⁾ ideoque nonnunquam a scriptoribus perperam adiectivo in *τός* exeunte commutaretur, a Bas. haud ita raro semperque recte adhibetur. Plerumque autem neutro singularis utitur, velut ps. 308 A, 317 C *προνοητέον τοίνυν τοῦ κάλλον* ἡμῖν, 337 B; hom. 385 A *ταύτην* (*ἀρετὴν*) ἡμῖν *διωκτέον*, 412 C; adul. 568 A, C, 569 A, C, 577 B, 581 D, 584 A, B; sp. s. 69 C, 72 C, 84 B, 88 B, 109 C; ep. 309 A, 668 B; raro personali, quam vocant, constructione: sp. s. 69 B, 164 A *οὐ μὴν πρό γε τῆς ἀληθείας πιμπτέα ἡμῖν* ή ἀσφάλετα; ep. 229 C. Semper omisit copulam *ἐστί* sicut plerumque Attici. Cum articulo iuncta adiectiva — cf. Stahl 764, 2: „sehr selten.. substantiviert“ — haec enotavi: hom. 133 B *τὰ πρακτέα ἡμῖν* et 192 C *ὑπὲρ τῶν πρακτῶν*. — Adiectivum syllaba *τός* terminatum non solum participi passivi significationem habet, quae etiamnunc viget (Iann. 1052), sed etiam interdum facultatis, cuius in NTo. unum est exemplum Act. 26, 23 *παθητός*, hodie perpaucae reliquiae (Thumb § 164): *ἀπεντρός* ep. 600 B; *ἐπαινετός* ps. 321 B (-ως), 405 B (-ως), hom. 196 C, ep. 865 B; *ἔγιντός* hom. 165 A; insolentius *φενκτός* significat „fugiendus“ (sicut ter ap. Aristid.: Schm. II 55): hex. 157 D *οἰδε τὸ φενκτὸν ὁ ἰχθύς*, 133 B *τὰ πρακτέα ἡμῖν καὶ τὰ φενκτὰ διορίζοντες*, ps. 316 C *περὶ τῶν αἰρετῶν καὶ φενκτῶν*, [417 B *Ἐν σοι φενκτὸν ἥτω, ή ἀμαρτία*], ep. 932 B.

Hactenus de syntaxi Basiliana. Quae praeterea de particularum, quas proprie vocant, magna ap. Bas. copia scitoque usu atque de troporum figurarumque varietate quaesita habeo, alias fortasse in medium proferam. Ex eis autem, quae explicavi, satis apparet Basilium sermonem suum de industria ad Atticum conformasse eadem fere ratione atque atticistas illos, qui dicuntur „die zweite Sophistik“.

1) Nusquam exstat in titulis Atticis (Meisterhans p. 151), semel in NTo. (Luc. 5, 38 *βλητέον*). Diutius retinuisse illud videntur praeter atticistas (velut Aristid. et Philostr. [Schm. II 55 et IV 84], auct. π. ὕψ., Heliod., Syn.) philosophi, quibus apta esset huius locutionis brevitas. Ex Origene quidem, scriptore Attici sermonis alioquin minime studioso, Preuschen in ind. ad comm. in Io. ingentem numerum adiectivorum in *τέος* desinentium affert. Epictetum quoque ad Stoicorum consuetudinem adiectiva verbalia frequentasse Melcher p. 38 dicit. Quod hodie terminationem *τέος* extinctam esse ait Iann. 1051 et 1366, id non cadit in sermonem librorum et ephemeridum, ubi saepenumero legere licet *ομειωτέον* (*προσθετέον*, *δύολογητέον*) *οὐ*, *ἴτι τὸ πρακτέον*, *περὶ τοῦ πρακτέου*, *περὶ τῆς ἀκολονθητέας πολιτικῆς*, *ἐπιδιωκτέα εἶνε ή βελτίωσις τῶν σχέσεων*, similia.

Quae enim hi praeter vulgarem loquendi consuetudinem vel primi in litteras denuo induxerunt vel ab aliis iam *κοινῆς* scriptoribus elegantioribus interdum adhibita studiosius frequentarunt (cf. Schm. IV 608 sqq.), eorum longe maximam partem ap. Bas. legi vidimus. Per pauca non repperimus, velut pluralem adiectivorum neutrius generis cum *ἐστι* coniunctum, voculas *καὶ τόν*, *ἡ τόν*, *ἡ δὲ ὅς*, *καὶ ὅς*, futurum medii pro passivo positum, particulas *μᾶν* et *ἔστε*. Sed quod ceteris atticistis, idem Basilio accidit, ut vulgarem aequalium sermonem prorsus exuere nequiret. Itaque etiam eorum, quae Schm. IV 613 sq. et 619 sqq. ex atticistis collegit vocavitque „Vulgarismen“, pleraque apud eum deprehenduntur. Plura in verbi quam in nominis syntaxi Atticae consuetudini ap. Bas. sicut ap. illos repugnare non est quod miremur, cum ad tenuiora discrimina in tanta verbi formarum structurarumque varietate semper observanda et aptissimam cuique sententiae dictionem diligendam naturali opus esset iudicii subtilitate, quae ut Atticorum quinti quartique saeculi propria fuerat, ita postea quam aliae quoque gentes graece scribere coeperunt, magis magisque imminuta est. Assidua tamen veterum, in primis Platonis et Demosthenis, lectione adeo erat Basilii iudicium expolitum, ut non solum sicut atticistae superiores multa eorum, quae plebei sermonis erant, prorsus evitaret, velut *εἰς* pro dativo personae, *μετά* pro dativo instrumenti, perfectum cum *ἄν* aut irreali *εἰ* copulatum, coniunctivum pro futuro, imperativum aut coniunctivum pro modo proprio optativo, infinitivum in enuntiato interrogativo, *ἴνα* licentius loco infinitivi aut ante coniunctivum iussivum vel dubitativum positum, *ἔάν* e. ind. praes. aut fut., *ὄτε* c. coni., *καίπερ* c. ind. coniunctum, sed etiam nonnulla ex eis quae apud illos leguntur: nominativum absolutum, superlativum auctum vocibus *πάνν,* *λιαν,* sim., comparativum superlativi vice fungentem, *διάγος ὅσος* et sim., *ὅτι* positivo iunctum, *εἰς* pro *ἔτερος*, praesens pro futuro, acc. c. inf. pro nom. positum. Rursus sane quaedam ap. Bas. inveniuntur, quae ex atticistis a Schm. non afferuntur, velut *παρά* c. dat. pro gen. verbis passivis adiuncto, *μον* pro *ἔμαυτον*, *ἴδιος* et *οἰκεῖος* pro pron. refl. usurpatum, *εἰ* primariis enuntiatis interrogativis praepositum, *εἰ καὶ ὅτι*, *ώστε* post verba *δεῖσθαι* et similia, *ὅτι* pro *ώστε* (post *τοσοῦτον*), *εἰ — ἄν* c. coni., *ὅς* *ἔάν* pro *ὅς* *ἄν* positum.

Neque vero in omnibus libris prorsus idem est sermo Basilius. In epistulis enim ut plura quam alibi ab Attico usu abhorrent, id quod in hoc ipso genere minime mireris, eius sermoni licere proprius accedere ad cotidianum aliis multis, ut Ciceronis¹⁾, exemplis comprobatur, ita Atticae dictiones lectissimae inveniuntur, in eis, quae praestantibus in re publica viris aliisque hominibus illustribus scriptae sunt, velut V. ep. *Νεκταρίῳ παραμνθητικῇ*, VIII. *Τοῖς Καισαρεῦσιν ἀπολογίᾳ*, IX. *Μαξίμῳ* (philosopho), XXXVI. *Ἐπὶ ἐπιχονδρίᾳ*, LX. *Γεργορίῳ Θείῳ*, LXIV. *Ἡσυχίῳ*, LXV. *Ἀταρβίῳ*, LXXXIV. *Μαρτυριανῷ*, LXXXIV. *Ηγεμόνῃ* (Cappadociae), XCIV. *Ἡλιᾳ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας*, XCVII. *Τῇ βουλῇ Τυνέων*, XCIX. et CCXXIV. *Τερεντίῳ κόμητι*, CVIII. *Τῷ κηδεμόνι τῶν κληρονόμων Ιουλίττης*, CXII. *Ἄνδρονίῳ ἡγεμόνι*, CCX. *Τοῖς κατὰ Νεοκαισάρειαν λογιστάτοις*, CCLXXXIII. *Ἐλενθέρῳ*, CCCXXXV.—CCCLIV. *Λιβανίῳ*. Orationum autem, quae leguntur Migne III 163—619, omnium maxime Atticam dicendi consuetudinem exprimit oratio ad adolescentes de legendis gentilium libris missa, ut quasi *βάσανος* quaedam ad dijudicandum, Attica an popularis dictionum multarum origo sit et natura, adhiberi possit, cum quidquid vel in sola illa vel praeter eam in oratione „mundanis rebus adhaerendum non esse“ (Migne III 540 C—564 B) proxime ad illius elegantiam accende et in eis epistulis, quas supra nominavi, nusquam alibi invenitur, id quidem obliteratum iam fuisse Basiliī aetate consultoque ab eo ut Atticorum proprium arcessitum esse colligere liceat, velut dualem, *σφίστ*, *ώς* coniunctionem declarativam, opt. fut., opt. obliqu. praeteritis coniunctionibusque *ὅτι* et *ἴνα* subiunctum, *ὅπως* c. fut., *ὅπότε* c. opt., *τό γε νῦν εἰναι*. Inter orationes sacrorum librorum locos quosdam explanantes (Migne I 4—493) peculiari emendataque elocutione eminent homiliae de hexaëmeron, in quibus maxima praecepit in modis usurpandis diligentia cernitur; nunquam enim ibi reperias *ἴνα* c. opt. post praesens, *εἰ* c. coni., *ἔάν*, *ὅταν*, *ὅς ἄν* c. opt. pro coni., sim. Secus se

1) Ad fam. 9, 21: „epistulas vero cottidianis verbis texere solemus“.

habent homiliae in psalmos, quae valde inter se dispares sunt cum sententiarum copia et gravitate tum elocutionis diligentia compluraque exhibit vulgaris sermonis propria, quae alibi a Bas. nusquam aut perraro usurpantur, velut περί c. gen. pro simplici gen., ἀπό pro ὑπό, semel πόθεν „wohin?“, παρά post comparativum pro ᾧ, ὅτι pro ὡστε, ἔως οὗ, ἔως ὅτε, ὃς ἔστιν. Dogmatici denique libri, tres libri adversus Eunomium, quem ipsum quoque Attici sermonis fuisse imitatorem Norden, Die antike Kunstprosa, II² p. 588 sqq. docet, et liber de spiritu sancto, magna cum cura diligentiaque scripti sunt, ita tamen, ut Atticae dictiones eae, quae ab usu communi nimis remotae erant, evitatae sint.

Ad secernendos libros vere Basilianos a subditis quantum valeret elocutionis scriptoris propriae cognitio, probe intellexit Garnerius. Sed quae hac de re memoravit, ea partim prorsus inania esse uno breviter exemplo probabo. In eis enim argumentis, quibus „commentarium in Isaiam“ non esse Basili apparere censem (praef. § X), numeravit frequentem usum adiectivorum in *ιχός* desinentium, verbalium adiectivorum in *τέον* exeuntium, infinitivi praepositionibus subiuncti, locutionem *η τοῦ ἐγκατέλεπτεν τὸν Κύριον ἀμαρτίᾳ*: quae omnia minime aliena esse a Basili sermone supra ostendimus. Alia igitur illius de auctore opinionis adiumenta quaerenda sunt ex eis quae de syntaxi collegimus invenienturque, si quidem ille liber recte dicitur propter elocutionis discrepantiam Basilio non posse attribui. Tres equidem orationes item iam a Garnerio rejectas, quae inscribuntur „de hominis structura“ et „de paradiſo“ (Migne tom. II 9—71) perscrutatus repperi haud pauca in eis inesse, quae aut in novem de hexaēmeron homiliis, quarum materia illis porro tractatur et absolvitur, ut cotidianum videlicet sermonem redolentia prorsus evitantur, velut καὶ c. opt. (29 D bis, 53 D), relativum cum ἀντι et optativo (25 D) vel cum simplici optativo (37 A) loco coniunctivi, εἰ c. cum coniunctivo (72 C) constructum, aut omnino nusquam ap. Bas. leguntur, velut opt. pro coni. prohib. (24 D), ἵνα c. ind. prae. (61 A), ἄν = εἰ c. ind. prae. (72 B, 56 C), ὅταν c. ind. prae. (36 C), ἥγονν (20 C), εἰτον („id est“: 36 D, 60 B, 68 B): unde aliquantum fidei accedere appetet opinioni eorum, qui illas orationes Basili esse negant. Similiter de auctore multorum librorum ex eis, qui nomine Ἀσκητικά comprehenduntur, certius existimat iri puto sermone eorum collato cum illis, qui a nobis tractati sunt.

Ad extremum locos eos congeram, quorum vel lectionem emendare aut confirmare vel significationem interpretando explanare conatus sum: **hex.** 20 C et 21 C (cf. supra p. 65), 31 A (p. 21), 41 B (p. 66), 60 B (p. 19), 153 A (p. 31), 189 D (p. 31); **ps.** 229 B (p. 64), 235 C (p. 49), 276 C (p. 34), 281 D (p. 53), 336 B (p. 56), 420 D (p. 64); **Eun.** 537 B (p. 43), 616 C (p. 49 ann. 4), 633 A (p. 62); **hom.** 188 A (p. 47), 192 C (p. 10), 253 A (p. 21), 433 C (p. 36 sq.), 444 A (p. 63), 525 D (p. 26), 541 A (p. 57); **adul.** 564 C (p. 14), 576 B (p. 66), 580 C (p. 48 sq.), 585 C (p. 59), 888 A (p. 14); **sp. s.** 76 C (p. 35), 132 C (p. 46), 140 A (p. 49), 209 A (p. 52); **ep.** 256 A (p. 52), 268 A (p. 46), 305 A (p. 54), 377 A (p. 19), 413 B (p. 46), 481 A (p. 59), 481 C (p. 61), 561 A (p. 49), 613 A (p. 49), 616 B (p. 45), 620 C (p. 23), 629 B (p. 37), 660 B (p. 7), 669 B (p. 31), 697 A (p. 56), 700 A (p. 15 et 64), 785 A (p. 50), 820 B (p. 47), 885 C (p. 17), 892 B (p. 21), 901 A (p. 14), 917 C (p. 27), 937 C (p. 38), 949 C (p. 42), 992 D (p. 51), 1036 C (p. 60), 1041 A (p. 62), 1056 A (p. 53), 1064 D (p. 62).

Typographi errata.

Pag. 7 vers. 14 lege μυήσεις, v. 25 dele „pluralem“ post „nominum“ — p. 9 v. 12 l. „qua“ pro „quae“ — p. 12 v. extr. l. „afferre“ — p. 15 adn. 1) l. „ex“ ante „aliis posterioribus“, adn. 4) l. οἰκοδόμου — p. 16 v. 3 l. „atticismis“, v. 9 ἐπιδεκτική, v. 35 ἀγέλωμασι — p. 17 v. 2 l. αὐτήκοος, v. 16 χειμῶνος, adn. 2) „subiungere“ — p. 18 v. 13 ponendus unicus) post χαρισμάτων, v. 20 l. ἀράβα, v. 29 σοι pro σου — p. 19 v. 10 ab imo ponenda virgula post „Thuc.“ — p. 20 v. 19 l. „hac“ pro „hoc“, v. 22 dele virgulam — p. 22 v. 7 l. „speciei“ — p. 23 adn. 3) l. „NT.“ pro „NTo.“ — p. 24 v. 12 l. „diurnitatem“, v. 14 μῆτρ, v. 19 τέσσαροι.





